Boetius de cõsolatiõe philosophica & de disciplina scholariũ (q ferme oim iudicio falso autori nostro ascripta est) cũ cõmentariis ab infinitis fere erroribus emaculatis. Additũ est carmen iuuenile Sulpitii de moribus in mẽsa seruandis: & Quintiliani præceptũ de officio scholastico: & er ga p̃cepto res.

PROEMIVM COMMENTARII SANCTI THOMAE.

¶ Sancti Thomæ de aquino ſuper libris Boetii de conſolatione philoſophiæ cõmenti cum expoſitione proemiũ feliciter incipit.

Philoſophie ſeruías opz vt tibí ꝓtíngat vera líbertas. Hec ſunt ṽba Sene. viij. epĺa ad Lucíllũ. Quía vocarí pbíam ſcíam veritatís recte ſe hz ex. ij. Metaphyſice. Et pbía affert delectationes mírabíles firmítate ⁊ puritate ex. x. Ethico. Et multís víſa eſt pbía res mírabílis ⁊ díuína: ex de celo ⁊ mũdo Arıſto. Item ꝙ nulla ſcía ſimílis eſt pbíe: q̃ clarificat aíam ⁊ facít delectarí eã in ẽ ſeculo ín pfectíõe ⁊ rectítudíne. ex líbro de pomo ⁊ morte. ⁊ pbía trahít hoíem ab obſcuritate ígnorantíe ad ſcíam. a tenebrís ſtultície: ad lucẽ ſapiẽtíe: ⁊ ad claritatẽ íntellectus. Ex eo dẽ líb. Arıſto. Itẽ q̃ pbía a ſupſtítíõe líberat: metũ mortís nõ ꝓturbat: ſm Tul. ín líb. de finib⁹ bonorũ ⁊ malorũ. ío Sene. has ⁊ ꝓſimíles ꝓdítíões ⁊ affectus laudabíles pbíe aduertẽs hortatur nos ad ſeruitiũ pbíe ín ꝓpõne prepoſita ſic dícẽs. Pbíe ſeruías opz. Que q̃dẽ ꝓpoſitío põt pbarí multís rationib⁹. Primo ſic. Illí opz ſeruíre p cuí⁹ ſeruítutẽ hoí ꝓtíngít vera líbertas: ſed pbía eſt hmõí: ígítur Maior nota. q̃ líbertas eſt nobílíſſima ꝓdítío quã natura humana deſiderat ⁊ affectat. Mínor ptz p eũdẽ Sene. q̃ poſtq̃ ꝑmiſit ꝓpõnẽ iſtã. Pbíe ſeruías opz. ſubíũgít: vt tibí ꝓtíngat vera líbertas. et paucis interpoſitis dícit. Hoc em̃. ſ. ipm ſeruíre pbíe líbertas eſt. Probat ſcõo ſic. illí opz ſeruíre qõ animũ pficit: vitã díſponit: actíões regit: agẽda ⁊ omittẽda demõſtrat: ⁊ ſine q̃ nemo eſt ſecur⁹. pbía eſt hmõí: igít ⁊c. Maíor nota. Nã iſte ꝓditiones ſunt de pfectíone hoís. Mínor declarat p Señ. xvj. epĺa ad Lucíllũ. vbí loquẽs de pbía dícit. Hec animũ format ⁊ fabrícat: vitã díſponit: actiones regit: agẽda ⁊ omittẽda demõſtrat: ſedet ad gubernaculũ: ⁊ p antícipía fluctuãtiũ dírígit curſum: ſine hac nemo eſt ſecur⁹. Probat tertío ſic. Illí eſt ſeruiendum qõ tradit cognítioní vltími finis magnũ incrementũ. pbía eſt hmõí: igít ⁊c. Maíor nota. q̃ cognitio vltími finis magnũ incremẽtũ ꝓfert ad vitam ex. j. Ethí. Mínor declarat. Nã vltim⁹ finis vite hũane eſt btũtudo: cui⁹ cognítionẽ pbía tradit. Dícit em̃ pbía in. iij. de ꝓſolatiõe. pſa. ij. q̃ btũtudo eſt ſtat⁹ oĩm bonorũ aggregatíõe pfect⁹: ⁊ in eodem. iij. oſtẽdit pbía in q̃ ſit vera btũtudo ⁊ quõ ad eã puenıat. Probat. iij. Illí opz ſeruíre qõ facít hoíem parẽ deo. pbía eſt hmõí: igít ⁊c. Maíor nota. de ſe. Mínor ptz p Señ. xlix. epĺa ad Lucíllũ. q̃ dícít. Hoc em̃ eſt qõ míhí pbía ꝑmittit vt me parẽ deo faciat. Probat q̃nto. Illí eſt ſeruiendum qõ eſt magíſtra oĩm ſcíarũ: nutrix oĩm vírtutũ. ſummũ ſolatiũ lapſorũ aíorũ: qõ eſt ꝑuíũ verí luminís: ⁊ cuius exhortatío eſt recta ſui autorítate dígníſſima. pbía eſt hmõí: igít ⁊c. Maíor nota: q̃ rõnabílíter ꝓpter has ꝓdítiões laudabiles alícui ſeruít. Mínor declarat. Nã pbía eſt magꝛa oĩm vírtutũ. ex ꝑmo de ꝓſolatío. pſa. iij. Ipſa eſt nutrix oĩm vtutũ. ſcõo de ꝓſola. pſa. j. Ipſa eſt ꝑuía verí luminís. iiij. de ꝓſo. pſa. j. ⁊ eí⁹ exhortatío eſt recta ſui autorítate dígníſſima. v. de ꝓſo. pſa. j. ſic g̃ ptz ꝓpoſitio declarata q̃ dícít pbíe ſeruías opz. ¶ Sz díceres q̃d míhí ꝓdeſt pbía ſi fatũ eſt: Quíd míhí ꝓdeſt pbía ſi de⁹ rector eſt Quíd míhí ꝓdeſt pbía ſi caſus iperat: Ad hoc rñdet Señ. xvj. epĺa ſua. Sive ínexorabílí lege fata nos ꝓſtríngũt: ſíue de⁹ arbíter vníuerſi cũcta díſponít: ſíue caſus actiõis hũanas ſine ordíne ímpellít ⁊ iactat adhuc pbíe ifiſtẽdũ eſt. Pbía em̃ nos tueri hz. Hec em̃ exhortat vt líbẽter deo placeam⁹: vt ípm ſeq̃mur. vt cõtínue fortune reſiſtam⁹: ⁊ vt caſum feram⁹. Licet aũt oẽs hoíes natura ſcire deſiderẽt: tñ pauci de q̃ dolor eſt: pbíe vocãt. Qõ ío ꝓtíngít. q̃ plures omiſſis delectatiõíb⁹ interíorib⁹ ad delectationes fugiũt corꝛpales. Nõ tñ opz delectatiões corꝛpales eẽ eligibíliores interíorib⁹. q̃ delectatiões corꝛpales ipediũt a ſummo bono: interíores aũt ad id ꝑmouẽt. vñ Boe. ín tractatu de ſum. bo. dícít. Dolere debẽt q̃ delectationib⁹ ſenſualib⁹ detíneñt: bona interíora omittẽdo. Nã dedití bonis ſenſualib⁹ ſumma bona nõ attigũt. Quos hoíes ſenſuales. Boe. iij. de ꝓſola. pſa. iij. cõparat veſptilionib⁹ dícẽs. Nequeũt em̃ oculos ſuos tenebrís aſſuetos ad lucẽ pſpicue veritatꝭ attollere: ſímileſq̃ ſunt auib⁹ quarũ íntuítũ nox íllumínat: dies excecat. Et lícet hoíes ſenſuales ⁊ vulgares nõ magníficent nomẽ pbíe: ſz magis blaſphemẽt. níhílomínus tñ pbía in ſua dígnitate pſeuerat. teſte Sene. xíij. epĺa ad Lucíllũ. Nunq̃ íntantũ cõualeſcet neq̃tía: nũq̃ ſic ꝓtra vírtutes cõíurabít: vt nõ pbíe nomẽ ſacrũ ⁊ venerabíle maneat. Sed díceres phíloſophari nõ valeo q̃ paup ſum: ſed ſi díuítías habuero totũ me pbíe dabo. ⁊ ẽ vídeť rõnabíle: q̃ natura p ſe nõ eſt ſufficiẽs ad ſpeculádũ: ſz opz cíbũ ⁊ potũ ⁊ relíquũ famulatũ ꝓxíſtere. ⁊ p táto ſacerdotes ĩ egypto habítís neceſſarijs ꝓpter ammírarí ceperũt phíloſophari. Hec excuſatío rõne pauptatís nõ valet. Audí Sene. xvj. epĺa ad Lucíllũ q̃ dícít: nõ eſt q̃ nos pauptas a pbía reuocet: ne egeſtas q̃dẽ. Toleráda eſt em̃ ad hãc ꝓperátib⁹ vł fames quã tolerauerũt q̃dam ín obſidionib⁹. Et q̃d aliud erat ꝑmiũ patiẽtie íllorũ q̃ ín arbítríũ nõ cadere ínímícorũ. quãto ẽ magis eſt q̃ ꝑmittit ꝓpetua líbertas: nullíus hoís tímor: ⁊ qõ animũ líberat a furorib⁹ Multis em̃ ad phíloſophandũ obſtítere díuítíe. Pauptas aũt expedita ſecura eſt. Si vis aío vacare paup fis opz: aut pauperí ſímílís: q̃ nõ põt ſtudiũ ſalute fieri ſine cura frugalitaſ. frugalitas aũt eſt volũtaría pauptas. hec Sene. Verũ eſt igít ad phíloſophandũ exígunt neceſſaría: ſed ſufficíunt hoí pauca. Nõ em̃ opz futurũ felícẽ deũ terre ⁊ maris eſſe: q̃ natura paucis mínimíſq̃ ꝓtenta eſt. et ſcõo de ꝓſolatío. pſa. v. Proííce g̃ oĩa a te: ⁊ ad pbíam magno curſu totíſq̃ víríbus íntende. hec Señ. xvíj. epĺa ad Lucíllũ. Pbíe ergo ſeruías opz vt tibí ꝓtíngat vera líbertas: vt tibí ꝓtíngat vera ſecuritas: vt tibí noteſcat felícitas: vt par deo fías: ⁊ pcípue vt ín aduerſitatibus ⁊ tribulationib⁹ poſít⁹ p ípſaz veríſſime cõſoleris: exẽplo Boe. quẽ phíloſophía in exílíũ relegatũ ab oĩbus bonis pulſum dígnitatibus exutũ: multís míſerijs afflictũ dulcíſſime ꝓſolabať. de cuius phíloſophíe conſolatione agitur

ſn lib. Boe. qui intitulatur liber de conſolatione philoſophie. de quo ad preſens noſtra eſt intentio; Hec ſufficiant de introductiõe huius libri. ¶ Sed anteq̃ ad litterã accedam⁹ q̃nq̃ ſunt premittenda

¶ Cã huiꝰ opis ſuſcipiẽdi.

Primũ de cã ſuſcepti operis. Scõm de cauſis huiꝰ libri. Tertiũ de titulo huius libri ⁊ eius expoſitione. Quartũ de cã intitulationis pſentis libri. Quintũ de generali ſumma ⁊ ſententia huiꝰ libri. Circa primũ videlicet circa cãm ſuſcepti operis: quare Boe. hũc libũ conſcripſit eſt ſciendum. q̃ Boe. vir eximius conſul romanus fide catholicus extitit: q̃ diſputans de fide catholica cõtra duos hereticos ſcz ꝑa neſtoriũ ⁊ Eutycem: cuꝫ nullus eſſet q̃ eis reſiſteret: Boe. ipſos in cõmuni conſilio deuicit: ſicut ꝑꝫ in libro de duabus naturis in xp̃o. Tempore vero theodorici regis gotthoꝝ cum idem Theodoricus tyrãni idem ſuã contra romanos vellet exercere: ⁊ quoſlibet bonos oppꝛimere. Boetius virtute dei armatus plus oĩbus alĩs ſibi reſtitit: ⁊ quos tyrãnica rabies inuaſerat Boe. amore iuſticie exponens ſe periculis ipſos liberauit. Videẽs autẽ Theodoricus rex gotthoꝝ ſolum ipm boetiũ ſibi reſiſtentem: cogitabat qualiter ipm perderet: ⁊ cum iuſtam cauſam contra eum non inueniret duas falſas cauſas confinxit. Dicit enim boetiũ impediuiſſe quẽdam delatorem ſibi litterarũ q̃ cõtinebant accuſationẽ ſenatus romanoꝝ: vt ſic ſenatus redderetur reus leſe maieſtatis. Hanc cãm tangit Boe. ꝑſa. iiij. huius ꝑmi dicens. Delatorẽ ne documenta deferret quibus ſenatum maieſtatis reum faceret impediſſe crimínamur. Secũdo accuſabatur Boe. q̃ quaſdam litteras direxiſſet ad imperatorẽ conſtantinopolitanũ per quas reſtitueret libertatem pꝛiſtinã ipſis romanis. Hãc cãm tangit boe. eadem ꝑſa ſic dicẽs. Nam de compoſitis falſo litteris quibus libertatem arguor: ſperaſſe romanã quid attinet dicere. His de cauſis Boe. per viles ꝑſonas: ⁊ infames accuſatus: indefenſus: reus eſt iudicatus ⁊ a rege Theodorico papie in exiliũ relegatus Boe. aũt in exilio poſitus. preteritã ꝑſperitatẽ ſecum reputans ⁊ pſentem aduerſitatem cõſiderans ne aliquis homo in ſimili ſtatu poſitus deſperaret: ſz vnde conſolaretur haberet: philoſophicã conſolationẽ cõpoſuit cõtra mutabilitatẽ fortune. Ex quibus dictis ꝑꝫ: q̃ cã ſuſcepti operis eſt illa quatenus boetius ſe in exiliuꝫ relegatum ab oĩbus bonis depulſum: dignitatibus exutum: philoſophice tueretur: volens cõſolari quẽlibet hoiem in ſimili ſtatu poſitum: ne deſperet ſimiliter eſſe cõtuendum.

¶ Cã huiꝰ operis

¶ Secũdo videndum eſt de cauſis huius libri. cuiꝰ cauſa efficiens fuit Boe. qui deſcribẽs materiã huius libri vtitur tam ꝑſa q̃ metro: imitatum martianũ felicem capellam: q̃ in deſcribendo nuptias mercurij ⁊ philologie hoc ſtilo vſus eſt: de q̃ fit mentio vbi dr. Egregiam ſobolem cui per ſtilbontis amorez. Ui ſuperum magna ſociaſti teſte capella Licet iſte liber boetij multum excellat libũ martiani tam nobilitate materie q̃ priuilegio eloquentie. Boe. enim nec Tullio in proſa: nec Virgilio in metro minor reputatur. Vtitur aũt Boe. in hoc lib. proſa in qua ponit rationes ad ꝟſolandũ boetiũ: ꝓbando q̃ nõ ſit dolendum de amiſſione rerũ tẽporalium. Vtitur autẽ metro delectabili: vt dum audiatur mero: obliuioni tradatur. Cauſa materialis huius libri eſt philoſophica conſolatio ordinata ad contemptũ mundanoꝝ ⁊ ad appetitum ſumme felicitatis vel philoſophica conſolatio perſuadens neminem extolli in ꝑſperis: nec depꝛimi in aduerſis. Vel aliter. Cauſa materialis ſiue ſubiectum huiꝰ libri eſt ſtatus miſerabilis Boe. philoſophica cõſolatione ſupinducta. Cauſa formalis tractatus huius libri conſiſtit in eius diuiſione. de qua videbitur poſt. Cauſa aũt formalis tractandi eſt modus agendi boetij: ⁊ eſt dialogus. i. ſermo duoꝝ. introduxit em̃ boe. in hoc lib. duas ꝑſonas: ſcz ſeip̃m ſuã miſeriã deplangẽtem: ⁊ ꝓbiam ſibi condolentez ⁊ ipſum ſuper ſua miſeria conſolantem: ⁊ hoc eſt rõnabile. Nam ꝟm beatũ Greg. Verus ordo conſolationis es: vt cum volumus aliquẽ a meroꝛe ſuſpendere: ꝑmo ſtudeamus luctui eius cõcordare vel ideo cauſa formalis eſt dialogus: quia in quadã parte huius ꝑmi libri philoſophia introducit fortuna ipm Boe. alloquẽtem vbi incidit quedã figura tropi que vocat ethopea. De qua dicit grecis. At introducit aliquis ethopeia loquẽtes: vt cũ fortuna loquit Boe. ipſa. Vel põt dici ꝟm cõiter loquentes: q̃ cauſa formalis tractandi eſt quintuplex. diffinitiua. diuiſiua. ꝓbatiua. improbatiua. ⁊ exemplorum poſitiua: ſicut videbitur in libro. Cauſa finalis huius lib. eſt vt ipo cognito noſipſos ⁊ quoſlibet alios in aduerſitatibus ⁊ tribulatione poſitos philoſophica cõſolatione tueamur: ⁊ ne extollamur in ꝑſperis ⁊ deprimamur in aduerſis.

¶ Titulus opis.

¶ Tertio videdum eſt de titulo huius lib. ⁊ de eius expoſitione. Unde. ſciendũ q̃ titulus ꝟm Remigiũ ſup donato eſt clauis ſiue ingreſſus opis ſequẽtis. Et dr titulus a titan qđ eſt ſol: ſicut em̃ ſol illuminat mundum: ſic titulus libroꝝ. Et ꝓponitur titulus libro ad cõſummationẽ opis: ⁊ ad laudẽ autoris. Eſt g̃ titulus pſentis libri talis. Auitij Manlij Torquati ſeuerini Excõſulis Patricij Ordinarij Boetij viri illuſtris incipit liber de ꝟſolatione ꝓbie. Sed q̃rit quare tot noĩa ꝓꝓia ponũtur in titulo. Dicunt aliq̃ q̃ forte fuit conſuetudo romanoꝝ: vt ſic noĩa aſcriberẽt auoꝝ ſuoꝝ ⁊ ꝓdeceſſoꝝ. Vel aliter poteſt dici q̃ plura noĩa ponunt in titulo, ꝓpter honorẽ ⁊ laudẽ ipſius boetij: q: ꝟm Senecã in lib. de clemẽtia ad neronẽ. Multa cognomina honori data ſunt. Sicut em̃ vilis ꝑſona nõ vult noĩari niſi vno noĩe: q: quãto plus noĩatur: tãto plus cognoſcitur ⁊ tãto magis ſordeſcit ſic honeſta ꝑſona vult noĩari pluribꝰ noĩbus: vt ſic magis innoteſcat ⁊ clareſcat alĩs ſua fama. Nam oẽm bonũ in cõmune deductum magis eluceſcit.

¶ Prenomina et agnomina boetij

Exponitur aũt iſte titulus ſic Boe. dictus Auitius a quodã nobili romano ſic dicto. de cuius genere ipſe fuit vel dictꝰ auitius quaſi inuictus. ab a qđ eſt ſine ⁊ vicos victoria. Nunq̃ em̃ Boetius vinci potuit. vt flecteret a iure ad iniuſticiã: ſicut ipſe teſtat in quarta proſa huius ꝑmi libri dicens. Nunq̃ a iure ad iniuriam me quiſq̃ detraxit. Scõo Boetius dictꝰ fuit Mãlius: q: de genere mãlioꝝ fuit qui erãt nobiles romani. Tertio boetius dictus fuit torquatus a quodã nobili romano ſic dicto: qui cũ ſingulare bellũ iniret

cum quodam de gallia ipsum deuicit: ⁊ torquē in collo eius hērentē ipsius detraxit: cuius rōne dict⁹ fuit torquatus. de cuius genere fuit boetius. Quarto Boetius dictus fuit Seuerin⁹ a seueritate. Seuerus em̄ fuit cū Theodorico regi gothor̄ se opposuit. vel dictus seuerinus quasi sequēs veritatez. Nunq̄ em̄ in iudicijs: vel amore: vel odio flecti potuit a veritate. Quinto Boe. dictus fuit exconsul: quasi vnus ex cōsulibus romanor̄. vel excōsul quasi extra cōsulatū positus: quē p̄us habuit. Excōsules dicebant quī iam deposuerint cōsulatū. Et lz ab honore cōsulatus cessarent: tñ postea plus alijs in magna reuerentia habebant. Sexto dictus fuit patricius a nobilissimo romano sic dicto. de cuius gñe fuit boet⁹. Vel alio mō. Patricij dicebātur nobiles romani q̄ p̄uidebāt reipublice sicut p̄ filio: quor̄ noīa scripta erāt aureis litteris: ⁊ iō dicebātur p̄res conscripti. de quor̄ numero vnus fuit Patricius Boe. p̄pter qđ dictus fuit patricius. Septimo dicebat ordinarius: qr rempublicā ordinauit. vl aliter ordinarij dicebātur q̄ tante dignitatis erāt vel quolibet ordine digni essent: ⁊ sic fuit boetius. Octauo noie p̄prio dictus fuit Boe. qđ interp̄tatur adiutor: qr in necessitate paupibus subueniebat

Cā iscriptōis hui⁹ opis ſFerrago seu sūma opis huius.

Quarto videndū est de cā intitulationis hui⁹ libri. Intitulatur iste liber de cōsolatione philosophica. Ubi sciendū est q̄ philosophica cōsolatio ꝺr rationabilis demonstratio declarans de cuius amissione nō est dolendū: ⁊ de cuius possessione nō est gaudendū. Et qr p̄tractatur in p̄mo libro: iō sic intitulatur. Quinto videndū est de generali summa hui⁹ totius libri. Ubi sciendum q̄ Boetius in p̄mo libro ostēdit bona tēporalia esse trāsitoria: ⁊ nō p̄sistere totaliter in eius totalem verā felicitatem. ⁊ p cōsequens nō est dolendum de eor̄ absentia: nec gaudendum de eor̄ p̄sentia: ⁊ neminē debere extolli in p̄speris: nec deprimi in aduersis. Ostenditur etiā in p̄senti libro qđ sit summū bonū: vbi sit situ ⁊ quō ad ipm̄ p̄ueniatur. Etiam ostendit q̄ boni semp̄ sunt potentes ⁊ mali semp̄ impotentes: et q̄ bonis nunq̄ desunt sua p̄mia: malis nunq̄ sua supplicia. Post hoc ostendit quid sit diuina p̄uidētia: quid casus: quid fatum: quid liberum arbitrium. Et ponit Boe. rationes quibus probat liberum arbitrium nō posse stare cum p̄uidentia diuina. ⁊ ponit quorūdam falsam solutionem ⁊ eam improbat. postea ostendit veram solutionē quā rationib⁹ confirmat. Ista ⁊ alia plura pulchre determinantur in hoc libro: sicut patebit in sequentibus.

¶ Proemium explanationis Ascensianæ.

¶ Iodoci Badii Ascensii in boetium de consolatione philosophiæ perq̄ familiaris ac grammaticalis explanationis proemium feliciter incipit.

Boetij vita.

Uandoquidem in exponendis autoribus Seruius grammaticus sex consideranda docuit autoris vitam: titulū operis: qualitatem discēdi: scribētis intentionē: operis diuisionē: ⁊ eiusdē explanationē: hor̄ quinq̄ iam paucis explicabo post explanationem diui thome: vt multor̄ iudiciū est: cōmentarios addit⁹ vitā autoris huius graphice admodū atq̄ diserte doctissimus ⁊ perq̄ venerandus pater dñs Joannes trithenius abbas spāhemen. in libro quē his diebus de ecclesiasticis scriptoribus inscriptum edidit: ita consequitur Boe. Manlius Seuerinus cōsul ordinarius romanus: philosophus: orator: ⁊ poeta insignis: in diuinis scripturis doctus: sic in secularibus lr̄is oīm suo tpe eruditissim⁹: gener symmachi patricij fuit. Vir greco ⁊ latino copiosissime imbut⁹ eloquio. quippe qui multa volumina tam Aristo. q̄ aliorum philosophor̄ de attica lingua transtulerit in latinam: ingenio subtilis sensu promptus: atq̄ catholicus: sermone nec Tullio inferior: quē sancti Benedicti constat amicitiā habuisse. ⁊ in monte cassino cum Tertulio placidi monachi patre senatore in eius mensa comedisse. Scripsit multa preclara volumina. Et paulopost enumeratis operibus eius subdit. Moritur eodem anno quo symmachus patricius ⁊ Joannes papa sub anastasio imperatore: iussu Theodorici regis apud rauēnam: post diuturnū exilium in carcere iugulatus. Anno dñi q̄ngentesimo vigesimotertio.

Mors

Inditiōe scḋa. Et sub nomie Seuerini cathalogo sanctor̄ insertus dicitur. Hec ille que satis arbitramur pro p̄mo prenoscendo. Uerum qr tot ipsius noīa prescribi solent. Aduertendum est p̄prior̄ nominū quattuor esse species. Prenomen. Nomen. ⁊ Cognomen. ⁊ Agnomen. Prenomen autē est qđ preponitur nomini differentie vel amicitie causa: vt Quintus Aulus Titus. ⁊ quātum iudicare possum hoc loco. Auitius prenomen est Boe. lz plerīq̄ codices non habeant. Nomen est proprie vnicuiusq̄ suum: quod illi singulariter impositum est. vt hoc loco Boe. Sunt tamen qui Seuerinū proprio noīe appellatum putet. Cognomen est cognitionis nomē. vt hoc loco. Manlius vel mallius. nō autem vel mendosi codices habent Manilius. Torquatus autē ⁊ vt opinor. Seuerinus manlij cuiusdam agnomina fuerūt: ⁊ ab ipso in cognomina trāsierunt. Agnomen est qđ aliquo euentu imponitur vt numidius a numidia deuicta. aphricanus ab aphrica deuicta. Torquatus a torque detracto. Pro quo aduertendum. Manlium torquatum a torque: quā vt Bulus gellius attestatur gallo cuidā in singulari certamine deuictor detraxerat torquati agnomē accepisse. de cuius in filium seueritate apud valerium maximū validum est testimoniū. Dicit preter ea Seruius grāmaticus q̄ postq̄ gallo deuicto torquē vnde torquatus dictus: detraxerat ad vrbem pergens filio suo p̄cepit. vt tantū castra tueretur. Ille vero nacta occasione victoriam ex hoste tulit. Reuersus aūt pater laudauit quidem fortunā populi romani. sed filio vt dicit Liuius fustuario necauit. hec Seruius. Liuius tamē in octauo dicit sic. Populo romano erat bellum cū latinis graue ⁊ periculosum. quippe cum et mores ⁊ arma ⁊ virtus cū romanis pares essent. Consules ediderant ne quis extra ordinē pugnaret. Titus

Noīa p̄prior̄.

Mali⁹

Torq̄t⁹.

autem mallius consulis filius a metio equite tusculano ad singulare certamē ꝓuocatus: siue pudore siue ira recusare ꝓhibitus: accessit ⁊ superauit. Mallius aūt cōsul in cōtione. Quādo inquit malli: ꝓpreto consulari imperio come impulisti: aut vt meo ꝓ aut reipu. obliuiscēdum fit: nos potius delicto nostro plectamur ꝙ respub. suo dāno pcā nostra luat. Triste exēplū: sed in posterū salubre inuēturi erimus. Deinde securi filiū percuti iussit. vñ Virg. in. vj. senūq; securi. Accipe torquatū ⁊c. Quia ergo verisimile est. Boe. de ꝓgenie manliox seu mutādo non l de mallioꝛ familia fuisse. is autē mallius cuius nūc mētio facta est. torquatus a torque ⁊ forte Seuerus seu Seuerinus a seueritate dictus est: crediderim ea cognomina a nōnullis. Boe quoq; data. Cetera aūt ipsi ab officio cōpetūt. Sciāt aūt qui adhuc in hystoꝛijs ⁊ litteris nouitij sunt ciuitatem romanā ex actis regibus ꝓpter superbiam Tarquinij ⁊ stuprum Lucretie a filio eius cōmissum ꝑ consules vsq; ad Juliū cesarem gubernatam esse que quottānis seu singulis annis bini creabātur. tuncq; durante anno illo cōsules appellabantur. postea vero consulares viri sicut senatoꝛes patres appellabātur ⁊ ab eis descendentes patricij. Reliqua in precedentibus cōmentarijs expꝛessa sunt satis abunde. Similiter ⁊ titulus operis iam satis notus ex parte artificis. nomen aūt libꝛi est de ꝓsolatione philosophie: eo ꝙ Boetius se ceteroscq; mestos ⁊ inique deprꝛessos philosophiam ꝓsolantem introducat. Caue autem puer: dicas liber intitulatur: sed inscribitur ꝙuis titulus latine dicatur.

Seueri⁹

Cōsules

Cōsulares.

Patric⁹.

Titulus opis.

¶ Qualitas autem dicendi in hoc opere duplex est. metrica ⁊ ꝓsaica seu absoluta: ⁊ vtraq; in medio cristilo versatur. Quod vt decēter atq; decoꝛe factum ab autoꝛe nostro doceam. primo ostendam quotuplex sit poematuꝫ genus: deinde quotuplex dicendi stilus. postremo quotuplex decox precipue obseruandum sit. ¶ Pꝛo primo sciendum ꝙ poema est quodlibet docte opus. Est autem triplex poematum genus. aliud enim grece dicitur dꝛagmaticum: aliud exegematicum: aliud mixtum. Dꝛagmaticum latine dꝛ actiuū: seu imitatiuū: in quo poeta seu auctoꝛ ipse nusq; loquitur: sed introducit personas loquētes: ⁊ rem ipsam agentes ⁊ repꝛesentātes. In quo genere sunt omnes comedie: omnes tragedie: omnes mimi: quedā egloge: quidā dialogi: ⁊ oīa in quibus poeta non loquitur. Exegematicum latine dicitur narratiuū seu recitatiuū in quo solus autoꝛ ipse loquitur vt sunt fere libꝛi eoꝛum qui aliquid docent ⁊ percipiūt. Mixtum autem est in quo ⁊ autoꝛ ⁊ persone introducte loquūtur cuiusmodi sunt hystoꝛiographoꝛum opera tam metro ꝙ pꝛosa descripta: sed metrica dūtaxat poemata fere sunt. introducunt em̄ contiones ⁊ plurimas orationes eoꝛum de quibus scribunt. Autoꝛis autem nostri opus pꝛesens mixtum est: nō solum ex eo ꝙ cum ipso philosophia loquitur: sed ideo quoq; ꝙ ⁊ metro ⁊ pꝛosa vtatur. cuius rationem in cōmentarijs sequentibus sancti Thome audies. ⁊ statim vbi de decoꝛo loquemur: a nobis quoq; accipies.

Patricij. Titulus operis. Qualitas opis poemaū genera

¶ Est autem tam in metro ꝙ in ꝓsa triplex dicendi qualitas: seu stilus seu genus. Aliud em̄ genꝰ dꝛ altiloquū seu sublime: ⁊ cōpetit personis dignis ⁊ rebus arduis. Qualia sunt heroica ⁊ tragica carmina: ⁊ oꝛationes de republica: decq; principibus viris habite. Aliud mediocre de mediocribus rebus tractans ⁊ mediocri dicendi figura. Aliud humile seu tenue infimis rebus ⁊ humillimo dicendi modo cōgruens.

de triplici stilo.

¶ Unde triplex pꝛecipue decox obseruandū est. Rerum: ꝓsonarū: ⁊ verboꝛ. Decorum rerum est decens ⁊ pulchꝛa obseruatio in rebus quas describimus. Necesse autem est vt omnes res sint verisimiles. sint compossibiles. sint personis a quibus geste dicūtur congruētes: sint generi poematis cōformes. Oꝛtet em̄ vt sint verisimiles: vt fidem faciamus. ꝙ si pꝛeter opinionē quid factum narremus. illud aut diuine potentie: aut secretioꝛibus viribus nature ꝓtribuemus. vñ in poeticis fictionibus aut res diuina: aut hystoꝛica veritas: aut nature secreta virtus indagāda est. Oꝛtet item vt sint cōpossibiles. nō em̄ satis est vt seoꝛsum narrare possibiles sint: qꝛ turpe esset si q̄ in fine aut medio dicūtur repugnēt dictis in ꝓncipio: aut ecōuerso. Oꝛtet pꝛeterea vt sint ꝓsonis cōgruētes. ne infanti viroꝛuꝫ munera demus. aut pꝛiuatis regum officia: aut aliter a personis abhoꝛrenda. Oꝛtet ad hoc vt stilo quadrent: immo verius vt stilus quadret rebus. Non em̄ res verbis: ſz verba rebus obsequi debent.

de triplici ꝺcoꝛo

¶ Personarum decox seu vt greci dicunt pꝛeponi est: vt dicta ⁊ facta ꝓsonis dicentibus ⁊ facientibꝰ cōgruant. Unde considerande sunt etates: sexus: foꝛtune: patrie ⁊ affectiones loquētium: etas infantium ⁊ puerox affectat ludere cum coetanis: currere: cito irasci: cito placari: nil stabile aut magnificū sapienter dicere aut facere. Adolescentium autem qui nō amplius sub pedagogo sunt natura desiderat eq̄tare venari: pceptoꝛibꝰ obaudire: nil firmiter obseruare. vbi aūt iam ꝓiuuenis dici quis potest. incipit amare: rem pꝛodigere: choꝛeas sequi: parentibus ⁊ pꝛeceptoꝛibꝰ illudere: magna de se sapere. Uirilis autem etas longe alia est: petit diuitias ⁊ honoꝛes congregat: amicitias inuit: pꝛolem gignit: nil temere aggreditur. Senex autē auarus ⁊ incredulus est moꝛosus ⁊ modestus. Decrepitus autem delirus iterū puerascit. Decoꝛum sexuū afflagitat vt longe alia sint q̄ viris attribuūtur q̄ que feminis. Femine em̄ sunt inconstantes: modo nimiū blande ⁊ affabiles: modo mīnaces aspere ⁊ pꝛoterue: modo iocose: modo tristes: modo amice: modo inimice. Sed status ⁊ genus vite in primis aduertendum est. Uiri autem ⁊ constantioꝛes ⁊ pꝛudentioꝛes vt plurimū sunt q̄uis feminis non desit solertia: ⁊ ad fallendū calliditas. Decoꝛum fortunarum seu statuū pꝛecipue seruari debet. Non em̄ licet due persone loquentes eiusdem sexus ⁊ etatis sunt: ꝓpterea simile dicendi genus habebunt. vt dicit Horatius de arte poetica. Inter erit multum dauus ne loquax an heros. Mulier ergo ⁊ diues ⁊ pudica aliter loquetur q̄ mendica aut paupercula: aliter rex q̄ plebeius: ⁊ sic in alijs consideranda est loquentiū conditio. Decoꝛum patrie vt iuxta consuetū ritum patrie quis ponatur ⁊ dicere ⁊ facere. Multum em̄ locus natiuus ad naturā ⁊ ingeniū hominū facit. vsq; adeo

vt principiū effectiuū dicatur. vñ amphi ⁊ ceteri q̄b⁹ sanguis est calidus: calidi quidē sunt. ⁊ versipelles: sed timidi et rem arduā aggredi verentes. Germani econtrario audaces: sed non adeo rebus bellicis asturi. Galli vafri et sublimes in factis ⁊ dictis. Cretes mēdaces. palestini dure ceruicis. Mariane autem affectionū obseruatio ad decorū facit. Non em̄ satis esset etatem sexum: patriam: et fortunā loquentis considerare: nisi consideretur etiam animus eius qui loquitur. Aliter em̄ loquitur rex in extremis aduersitatibus constitutus: aliter in prosperitatib⁹ elatus. Ideo dicit Theren. in vltima comedia. Profecto hoc sic est vt puto omnib⁹ nobis: vt rebant sese ita magni atq; humiles sumus. Oportet ergo vt iratis detur sermo iratorum breuis: et abruptus. letis ⁊ felicib⁹ sermo hilaris et magnificus: ineptis quoq; ineptę locutiones: ⁊ prudētib⁹ apte. quod precipue in hoc opere obseruatum docemus. ¶ Ad verborum denicq; decorum necesse est vt verba sint conformia rebus: personis: generi poematis: ⁊ tori compositioni. Vnde in his que semel tantū dicuntur qualia sunt que aguntur vt comedie: aut recitantur coram aliquibus vt oratores et contiones: opus est vt sermones sint lucidi et clari. Oportet etiam vt genus dicendi vniforme sit. turpe enim esset in alto stilo sermonē incipere: et deinde a mediocrem ⁊ humilem declinare: nisi aliquando pro diuersis affectionibus loquentium sermo eleuetur aut deprimatur. oratores p̄terea hoc fere obseruant: vt que maximi momenti et ponderis sunt in principio et in fine orationū ponant. In principio quidem vt attentos faciāt auditores: in fine autē vt memores. que vero minoris sunt momenti in medio locent: vbi labantes sunt audientium animi. Oportet preterea vt sit vniforme generis poematis. Qui em̄ de rebus miseris loquens heroico stilo et altiloco genere vtatur. aut de reb⁹ magnificis elegiaco multū ineptiret. Res em̄ misere vt amores misere deperientium epithaphia ⁊ eiusmodi elegis scribi volunt. res magnifice heroicis carminibus. Res doctrinales hexametro fere: sed non altisono. Victorie pugillū equorū. aut breues amores paruecq; laudes liricis congruūt. de quibus omnibus late et diserte horatius disputat. Denicq; oportet vt verba sint conformia toti compositioni. Sicut enim in picturis nō esset satis fingere pulchrum caput. bonas manus ⁊ singula membra decora nisi tota cōpositio effigiei conformis et cōmensurata sit ita nec in cōpositione carminis aut orationis satis esset singulas locutiones ornatas facere. nisi inter se congruant et quadrent. Nihil enim pulchrius est: q̄ omnium mēbrorum consensio qua q; in vniuerso est mundum. i. ornamentū appellamus. dum em̄ deus viderat singula que fecerat. dictuz est q; erāt. Cur oratiōe soluta et metrica vtatur. dum autem vidit cuncta que parrarat adiectū est: ⁊ erant valde bona. Sed hec hactenus plura rhetores docebunt. Quantum autem ad institutum nostrū facit: auctor noster licet Tullio inferior sit: decorū tamen et aptitudinē dicendi pulchre in hoc opere obseruauit: et verba rebus personisq; congrua maxime fecit. Quia enim philosophiā loquētē inducit: et medendi munus obeuntem: medicorū aūt est nūc leuia nūc acria pro vulneris qualitate adhibere medicamenta: ideo non ab re nec sine efficacī rōne: interdū dulcibus modulis: interdum seuera oratione vtentē facit. Neminē aūt latere puto triplicem esse orationē seu locutionē. alia em̄ dr metrica et oīno numerata: qua poete q̄ carmina ꝓficiūt vtūtur. alia prosa. i. prorsus a lege metrica soluta. Alia mixta vt est oratoria q̄ suos quidem muneros ⁊ modulos hz: sed non eas leges nec tam auctas vt poetica. Opera aūt poetarū cōstant metro. i. mensura non tamen apte dixeris legi metra virgiliana: sed vel carmina: vel numeros aut versus. Carmē aūt a canendo dicitur quo circa letitie significationē habet: q̄uis et tristib⁹ sit suum canendi ac carminis genus. Qualiter aūt aptitudinē dicēdi auctor noster obseruauerit suis locis dicem⁹. ¶ Scribētis aūt in tētio in alijs cōmētarijs satis exprimit: videt aūt esse triplex. vna vt dū cōsolationem p̄bicam inducit secq; q̄ritatem. i. cōquerentem a crimine purget innocētiāq; suā posteris significet: operepretium enim est non solum innocētē habere vitam: sed famā laudabilem. vita em̄ innocēs nobis necessaria est fama bona proximo. Altera est vt dum in se formā consolandi ꝓponit: alijs itidē miserijs eandē p̄bebeat. Tertia vt errorē mētib⁹ nostris euellat. dū quia iniuste patimur deū aut nō curare mortalia: aut nō recte gubernare falso opinamur. in hoc enim totum opus cōcludit cū dr. Nec frustra sunt in deo posite spes p̄cesq; q̄ cum recte fiūt inefficaces esse non p̄nt. Moner p̄terea vt deum metuentes vitia vitemus: virtutemq; sequamur. Non tamen ignoro multos opinari auctorem instituisse multo plura et de virtutibus et de vitijs theologicisq; disquisitionibus scribere: sed preuentum morte hmōi finē proIntētio auctoris

Diuisio operis.

necessitate operi suo imposuisse. Quantum ergo ad diuisionē operis seu numerū librorū facit: notissimū est q̄nq; esse libros quos in carmina et prosas subdistinguere possum⁹: et licet carmē ꝑmū aut secūdū q̄ metrum primū ⁊c. dicere mallē: tamen quia in plerisq; scriptis metra non carmina allegata reperiri: veterem morē non mutādum censui. In bonis em̄ auctoribus omnia qualia ab ipsis edita sunt fidelis lector dimiserit: sed hec missa facientes sextū quod de explanatione et interpretatione breuiscula auctoris nostri erit aggrediamur.

¶ Finis introductionum et proemiorum vtriusq; cōmentarij.

¶ Sequitur opus auctoris cum duplici explanatione.

LIBER PRIMVS METRVM PRIMVM.

¶ Sancti Thomæ de Aquino in libros Boe. de consolatione philosophiæ interprætatio.

¶ Liber primi Metrum primum.

Diuisio huius operis.

CArmina qui quõdã. ¶ Presens liber Boetij ꝑma sui diuisione diuidit in ꝙnq; partes ꝓm q; ponit ꝙnq; libros partiales quos cõtinet. In ꝑmo cõquerit se miseriis subiectum. In secundo ponit remedia cõsolatiua. In tertio determinat de vera felicitate in quo fit strata quõ ad eã peruenit. In quarto mouet quasdã q̃stiones ipsi pbie. In quinto determinat de casu et prouidentia diuina. Primus liber incipit hic. Carmina. Secũdus liber incipit ibi. Post hec paulisper. Tertius ibi. Si causa cum illa finierat. Quartus ibi. Hec cũ pbia. Quintus ibi: Direrat orationis cursum. Quid et de quo agat in quolibet libro patebit loco suo. Primꝰ liber diuidit in .vij. partes: q; huius ꝑmi libri sunt septem metra et sex ꝓse q̃ partes patebũt: que aũt sit materia et intentio cuiuslibet partis similiter patebit. ¶ Notandũ autẽ q; primũ metrũ ꝑmi libri vocat elegiacũ: qđ constat ex vno versu hexametro. i. sex pedũ. Et ꝺr elegiacũ ab eleis qđ est miseria. Metrũ em̃ elegiacũ inuẽtũ fuit ꝑ describẽda miseria q̃uis eo hodiealiq; vtãtur ad alia describẽda. vñ Hora. Versibꝰ impariter iũctis querimonia primũ. Post hꝫ inclusa est voti spes cõpos. Quis aũt fuerit primus inuẽtor talis metri elegiaci dubitat. vnde Hora. Quis tã exiguos elegos emiserit auctor: Grãmatici certãt adhuc sub iudice lis est. Et diuiditur hoc primũ in quattuor partes. Primo Boetius deplãgit statũ sue miserie ex parte pmutationis studij. Secũdo ex parte defectus corporalis. Tertio ex parte ꝓlongationis vite miserabilis. Quarto apostrophat ꝓtra suos amicos. scđa ib. Bka felicis tertia ibi. Mors ho m felix. quarta ibi. Quid me felicẽ. Primo facit qđ dictũ est. secũdo approbat dictũ suũ ibi. Ecce mihi lacere. Dicit ꝑmo. Ego boetius: q; quondã ꝓsperitatis studio florẽte peregi. i. cõposui carmina sup delectabilia et iocũda: nũc tpe aduersitatis flebilis. i. dignꝰ vt defleã: vel flebilis. i. tristis: cogor inire. i. inchoare mestos. i. tristia metra de mea miseria. ¶ Notãdũ sicut dictũ fuit prius Boe. vsꝰ est in hoc lib. tã ꝓsa q̃ metro: metro qr talis modus scribẽdi magis fuit cõueniẽs sue materie. sicut em̃ potio curatiua q̃ amara est delectabiliꝰ sumit si fuerit aliqua dulcedine ꝓmixta. Sic rõnes pbie in ꝓsa tradite libẽtius a Boe. suscipiũtur si fuerint iocũditate metri dulcorate. Et ideo Boe. nunc vtit metro: nũc ꝓsa. qr alternitas vtit delectabilibꝰ. vñ auctor poetrie. Qđ sapit insipidũ vitiosa frequẽtia reddit. ¶ Itẽ nota q; Boe. incipit libꝝ suũ a metro nõ ꝓsa: q; modus scribẽdi metricus magis fuit vsitatus apud antiquos q̃ ꝓsaicus. vel ideo qr metrũ est delectabilius ꝓsa: vt ergo magis alliciat audiẽtes ad suũ libꝝ: ideo in principio sui libri vtitur metro. Item nota circa litterã q; carmina vno modo dicuntur scripta metrica certis pedibus mẽsurata. Alio modo dicũtur quecũq; dicta vel scripta etiam prosaica que sunt de re delectabili Boe. autẽ florente studio composuit vt plurimũ carmina prosaica de re delectabili. Edidit em̃ quedã carmina philosophicalia: quedã logicalia: quedã theologicalia: sicut patet respiciẽdi ciꝰ diuersos libros. Tẽpore aũt aduersitatis cogebatur Boe. ad cõponendũ carmina metrica tristitia. ¶ Itẽ nota. studium est vehemens applicatio animi ad aliquid agendũ cũ bona voluntate. dico cũ bona voluntate: quia in maliuolã aiam nõ intrabit sapiẽtia. hec. Sal. Et perfectio discipuli in tribus consistit. Ex boetio de disciplina scholariũ: in attentione: docilitate: ⁊ beniuolentia. Homini enim volenti scientiam et non vt oportet studẽti: impossibilis est possessio boni Eustra. primo Ethicorum. ¶ Item no. q; duplex est studium. florens et aridũ. Ad studium florens tria exigũtur. Primo requiritur iuuentus quia iuuenes perspicaciores sunt senibus. senes autem magis sunt imemores. Secundo requirit habitus necessariorũ: quia natura non est per se sufficiens ad speculãdũ: sed oportet necessaria existere ex quarto Ethicorum. Tertio requirit animi tranquillitas que cõtingit per sedationem passionũ: qr anima quiescens et residens fit prudẽs. vij. physicor. Ubi em̃ passiones dominãtur: ibi intellectꝰ obscuratur: ⁊ ideo boetius in fine huiꝰ primi libri hortãdo nos ad fugã passionũ dicit. Gaudia pelle: pelle timorẽ. Spẽq; fugato: nec dolor adsit. Nubila mẽs est vinctaq; frenis. Nec vbi regnãt. Studiũ aridũ est ad qđ ⁊ currunt oppositе conditiones: scilicet senectus: necessarior defectꝰ: ⁊ animi ꝓturbatio. Nota q; versus de miseria dicũtur mesti modi. Dicunt em̃ modi a modulãdo. qr pedibꝰ modulantur. Et dicũtur mesti rõne materie: qr sunt de tristi materia: scilz aduersitatis. ¶ Nota q; i primis duobꝰ versibus notat antithesis. i. cõtraria positio. dicit em̃ in primo versu quõdã peregi: cui cõtrariatur in secõdo versu cogor inire. i. inchoare. Itẽ dicitur in primo versu florẽte studio: cui cõtrariat in secundo flebilis. Itẽ dicitur in primo versu carmina supple iocũda cui contrariatur in secundo mestos modos. Item notandũ q; Boe. rationabiliter deplãgit statum suum ex parte permutationis studij philosophici. qđ versum fuit in studium poeticum quo tunc cogebatur vti. proposuit enim Boetius dolorem suuꝫ metrice et non philosophice consolari. Nam studium philosophicum est studium veritatis: qr secũdo me

Carmẽ elegiacũ

Diuisio primi libri.

Cur metro ⁊ ꝓsa vtatur.

Carmen

Studiũ.

Studiũ duplex.

Mesti modi.

Antithesis.

¶ Auitici: Mãlii. Torquati. Seuerini: Boetii. Ordinarii. Patricii uiri. Exconsulis de cõsolatiõe philosophiæ. Liber primus feliciter incipit.

CArmina qui quondam studio florente peregi.
Flebilis heu mœstos cogor inire modos.

taphyſice vocari pb̃ am ſcié ia veritatis recte ſe habz. Studiũ aũt poeticũ ſtudiũ falſitatis. nã ex p:oe/mio metaphyſice ſm puerbiũ. mentiunt multa poete. Item p ſtudiũ pb̃icũ acquirit btitudo: ex. x. ethi/co:. Per ſtudiũ aũ poeticũ falſitat certitudo: ex. ij. metaphyſice. ¶ Ecce mihi lacere. Dic Boe. appro/bat dictũ ſuũ. dicit em q cogat mire meſtos modos hoc ipſe pbat. Ideo rñdet q̃ſtioni: ibi. ¶ Has ſaltẽ. pmo dicẽ. bñ dixi q cogo: mire meſtos modos. ecce demõſtratio huius ad ſenſuz. nã camene. i. muſe poe/tice lacere. i. lacerãtes mẽtes hoim ille dictant mihi ſcribẽda carmia metrica ꝛ ele/gi vſus miſerie: quos muſe mihi dictant illi rigãt. i. humectãt. ora. i. faciẽ meã ve/ris fletib9. ¶ No. q ſm poetas nouem fingunt fuiſſe muſe in mõte helicone iux/ta fontẽ caballinũ. de quo fonte loquit Perſius in pncipio libri dicẽs. Nec fon/te labra poſſui caballino ꝛc. Que muſe fingunt poetis miniſtraſſe ſcientiã cõponendi carmina metrica. ꝛ iſte muſe poetice vocabant camene quaſi canentes amene: eo q delectãt hoies rõne metri. ¶ No. q ille muſe poetice dicunt lacere actiue: q: lacerant. i. diſtrahũt mentes hoim: ſubijciẽtes ipſas diuerſis paſſiõib9: nũc paſſioni amoris: nũc do/loris: ſicut patet p Ouid. de amore tractantẽ: ꝛ p alios poetas. vel dicunt lacere paſſiue rõne poematuz ſuoz: q̃ poemata dicunt lacera: q: nõ ſunt firmitate rõnis ſtabilita. ¶ Vbi notan. q q̃dã carmia dicũ/tur integra: quedã lacera. Integra ſunt carmia pb̃ica nulla turbatiõe pmixta: ſz firmitate rõnũ ſtabili/ta: ꝛ aim firmãt. Lacera ſunt carmia poetica q̃ nõ inſtruũt hoiem: nec cõſolant. i. diſtrahũt mẽtes hoiz nũc reducẽdo hoi ad memoriã voluptates: nũc doloẽ: nũc alias paſſiões. ¶ Itẽ notandũ vſus eligi pncipaliter inuenti fuerũt ppter miſeriã deſcribẽdã. ꝛ q: hos vſus muſe dictabat Boe. p q̃s Boe. ma/gis ſuã miſeriã reducit ad memoriã q̃ p eos conſolaret: nõ elegi erant cã ipſi Boe. veri fletus. ¶ Itẽ no/tandũ duplex eſt fletus: adulatorius ꝛ verus. adulatorij9 que fletus qualis eſt fletus amatis. Si em̃ di/xerit amatus ad amatã nõ diligis me: ipſa incipit flere. quare: vt p fletũ firmius ipm poſſit tenere. cũ aũt nũmos nõ poterit extorquere ab ipſo dicit. vade garſio te nõ noui vere. Alius eſt fletus q̃ ex vero cordis doloꝛe ꝛ ex vera pietate pcedit: ꝛ ad talẽ fletũ Boe. puocat9 fuit p muſas dictãtes ſibi carmia. ¶ Notan. q hec dictio elegi põt exponi dupliciter. vno mõ q teneat nominatiue: ꝛ tunc eſt ſenſus. elegi. i. vſus miſerie rigant ora mea fletib9. alio mõ q teneat genitiue ꝛ tunc eſt ſenſus: camene rigãt veris fle/tibus ora elegi. i. miſeri hoiis: q: elegus elega elegũ ſm Hugui. ¶ Has ſaltem. Dic Boe. reſpondet ta/cite queſtioni. Quereret aliq̃s quõ muſe dictãt tibi carmia ſcribẽda cũ ſis in exiliũ relegatus: q: infra/ſti fine oi comitiua? Ad hoc rñdet Boe. Vicz oẽs amici mei dereliquerint me in exilio ppter timoꝛẽ im/perialez: ñ has muſas nullus terroꝛ iperialis potuit vincere quin ſequerent noſtrũ iter vſq̃ ad exiliũ dictãtes nobis carmina. ¶ Notan. ꝛz bona exterioꝛa poſſint auferri ab hoie per violentiã ſicut per fur/tum rapinã: per incendiũ: tamen ſcientia non põt auferri ab hoie. Nõ em̃ ſcientia violentia auferꝛ: nec vetuſtate conſumit nec triſtitia minuit. vnde Señ. in. epla ad Lucil. recitat q cũ Stilbon capta patria amiſſis liberis: amiſſa vxoꝛe ſua: ꝛ aliis bonis: ſolus ab incẽdio exierat requiſitus fuit a Demetrio nũ/quid oia pdidiſſet: rñdit nihil pdidi: ſed oia bona mea mecũ ſunt: iuſtitia: virtus: temperantia: ꝛ pruden/tia. ꝛ hoc innuit Boe. dicens. Muſas ſe nõ relinquiſſe: vnde etiã Ala. de planctu nature ꝛ ſcientia di. Sup oẽm poſſeſſionem generoſa emanat poſſeſſio. q̃ ſperſa colligit: erogata reuertit: publicata ſuſci/pit incrementũ: p quã nobilis theſaurus ſecretis penetralib9 nalcit: effectus eterne delectationis acq̃/rit. Hec eſt ſola p quã mens deiſcit a tenebꝛis cordis oculos: deliriosa: animi p adiſus. hec imoꝛtalitatez ex moꝛtali facit ꝛ caducũ hoiez in deũ deifice mutatiõis autoꝛitate conuertit. ¶ No. circa hãc dictionẽ fal/tem q tres dictiones inuicem pferri poſſunt per tim q̃ deberent pferri: p tem. vnde pferim9 ſaltim pro ſaltem: timpus pro tempus: extimplo pro extẽplo: qd̃ eſt cõtra Hugo. qui dicit. Timtria deteſtoꝛ extim/plo timporia ſaltim. ¶ Gloria felicis. Dic Boe. deplangit ſtatum ſuũ ex parte defectus coꝛporalis. Et primo pponit eũ in generali. ſecundo in ſpeciali: ſecũda ibi. Venit em̃. dicit primo quondã cõſolabatur me gloria felicis. i. proſpere iuuentutis: ꝛ gloria viridis iuuente. i. delectabilis iuuente: ſed nunc fata ideſt euentus meſti ſenis. i. triſtis ſenecturis: ſolantur. i. cõſolantur mea. i. meã partẽ: quaſi diceret prius cõſolabar dulci iuuentute: nunc aũt cõſoloꝛ triſti ſenectute: ſm illã ſniam ſic exponit littera. Gloria fe/licis iuuen: e. i. pſpere iuuentutis viridis. i. delectabilis iuuentutis: olim. i. quondã ſup. cõſolabar: nũc fata. i. euentus meſti ſenis. i. triſtis ſenecturis: ſolantur mea. i. meã partem. ¶ Notan. q cõiter illa litte/ra aliter exponit referendo eã ad muſas poeticas ſit. Camene q̃ quondã tpe iuuẽtutis erant gloria fe/licis ꝛ viridis iuuẽtutis. qd̃ dicit pro tanto: q: iuuenes ſolebant olim informari in arte poetica in qua pficientes gloriabant in vſu metroꝛ ꝛ rithmoꝛ. nũc aũt camene ſolantur mea fata inquã meſti ſenis. ¶ Notan. q felix iuuentus eſt q̃ bonis exterioꝛib9 eſt adoꝛnata. de quib9 bonis loquit Ariſt. circa pri/cipiũ libri de bona foꝛtuna di. Sine rebus exterioꝛib9 quarũ foꝛtuna eſt dña nõ cõtingit ſe eſſe felicem ſed viridis. i. delectabilis iuuẽtus eſt illa q̃ bonis nature decoꝛata. ſ. foꝛtitudine pulchꝛitudine ꝛ agili/tate. Vñ Ariſto. in Ethicis. nõ oino felix eſt qui ipſe turpis aut ſolitarius aut carens prole. ¶ Nota q Boe. repꝛeſentat in ſe ſtatũ miſerie cũ dicit fata meſti ſenis ſe cõſolari cũ minime hoiem cõſolant: ſed magis pturbãt. etiã cũ dicit muſas poeticas ſe cõſolari, fit repſentat ſtatũ miſerie; q: muſe poetice nõ

Ecce mihi laceræ dictant ſcribenda camenæ.
Et ueris elegi fletibus ora rigant.
Has ſaltem nullus potuit peruincere terror:
Ne noſtrum comites proſequeretur iter.
Gloria felicis olim uiridiſq; iuuentæ:

Muſe.

Elegi

Fletꝰ duplex.

Bona exterioꝛa.

Scientia.

Iuuẽ. felix.

cedunt alicui in solariũ:sed potius in alimentũ doloris. Item designationib⁹ fati ponit Hugui. duos versiculos di. Cõstellatio moris parce respõsa deo. Euentus rerũ signant noie fati. ¶ Venit em̃ ppe rata malis. Hic Boe. declarat in speciali defectũ corporalẽ di. Bene dico q̃ fata meste senectutis nũc cõsolant me. em̃ pro q̃ senectꝰ inopina. i. inopinata p apocopẽ: pperata. i. festinata: venit in malis. i. cũ suis malis ⁊ icõmodis: ⁊ dolor sup. quẽ patior iussit inesse. i. inducí: mihi suã etatẽ. p qõ innuit q̃ uõ solũ eras inducit dolorẽ: sed ecõuerso dolor inducit ⁊ causat etatẽ ⁊ seniũ. Et tũc Boe. ponit duo signa sue senectutis di. cani sup. capilli intẽpestiui. i. ante debiti tũ tps: fundunt in vtice. i. in capite meo. Aliud signũ senectutis ibi. q̃ cutis mea laxa. i. solura tremit corpe effeto. i. ꝯsumpto ⁊ euacuato. ¶ No. q̃ hoiem senem multa mala ⁊ incõmoda circũueniũt. iã pellis eiꝰ cõtrahit: cor eius concutit: pulmo eiꝰ debilitat: lũbi eius indurant: dorsum incuruat: mẽbra tremẽt. Vñ poeta dicit. Optamꝰ seniũ: dũ venerit est malus ventũ. Hoc ẽ gibbosus surdũ cecũq̃ morosus. Propter q̃ dicẽ Boe. senectꝰ venit mihi cũ suis malis. ¶ No. circa illã partem. Et dolor etatẽ: q̃ triplex est cã senectutis. s. eras: infirmitas: ⁊ aduersitas. Senectus q̃ inducit per etatẽ naturalis est: q̃ aũt inducit per infirmitatẽ vel aduersitatẽ accidẽtalis est: qualis senectus fuit in Boetio. qui senuerat ppter multitudinẽ doloris ⁊ tristicie. ¶ Notan. q̃ canicies Boetio fuit intẽpestiua. Hugutio dicit. Intẽpestiuũ est qđ est incõgruũ: incõueniẽs: inutile: vel fine tpe. Unde intẽpestiuũ dicit illud qđ nõ habet idoneũ tps: vel qđ nõ est cõueniens pro tpe: ⁊ q̃ Boetius iuuenis erat etate: ⁊ cum senuerat ex aduersitate: iam canicies eius fuit intempestiua. ¶ Nota q̃ in iuuenibus cutis est densa propter multitudinem sanguinis: ex quo sanguine generat caro: sed q̃ sanguis diminuit in senibꝰ: minuitur etiã caro in eis: ideo cutis senũ est laxa. ¶ Notandũ circa hoc vocabulũ effeto q̃ ipsum tractum est a mulieribus pregnantibus: que cum pepererint dicuntur effete i. fetu euacuate. Unde dicit Hugui. q̃ fetus est natus mulieris adhuc in vtero existẽs: ⁊ dicitur a foueo foues q̃ ibi foueat: inde fetus fera fetum. i. plenus plena plenũ. inde efferus. i. debilis quasi sine fortitudine virium: vel viribus euacuatus: inde ferosus ferosa ferosum. i. plenꝰ feru. Unde in psalmo. Oues eor ferose. i. plene fetu ⁊ sese nes possunt dici efferi quasi extra fetum positi: q̃ senectus nõ est apta ad generandũ fetum. ¶ Moris hominũ felix. Hic Boetius deplangit statum suum ex parte durationis vite miserabilis. Et primo premittit quę moris boim sit felix ⁊ que nõ: ⁊ dicit sic. Illa moris est felix que nõ inserit. i. nõ immittit se dulcibus annis. i. temporibus prosperis: cum delectat hominem viuere. Similiter illa moris est felix que sepe vocata venit mestis supple annis. i. tristibus annis. quia in annis aduersitatis miseri consueuerunt vocare mortem. Tunc ostendit que moris hoim sit crudelis dicens. Heu heu q̃ surda aure. i. reclusa aure seua moris. i. crudelis auertitur. i. spernit miseros homines ⁊ negat. i. non vult claudere flentes oculos eorũ. quasi dicat. crudelis moris est que non permittit miseros mori ⁊ dicit flentes oculos: per hoc innuens q̃ in morte oculi hominũ clauduntur: ⁊ tunc Boetius deplangit prolongationem sue vite di. Dum fortuna malefida. i. perfida mihi faueret. i. arrideret leuibus. i. transitoriis bonis: tristis horra: scz moris pene merserat. i. oppressserat meũ caput. quasi diceret tempore prosperitatis semper accelerauit moris opprimere me: nunc autem q̃ fortuna nubila. i. aduersa mutauit fallacem vultum. impia ideſt misera vita protrahit. i. prolongat mores supple viuendi ingratas. i. odiosas mihi: q̃ propter miseriam tedebat ipsum Boe. viuere. ¶ Nota q̃ licet sim vulgares ⁊ sim apparentiã hec sententia de moriente felici ⁊ crudeli videt vera: tamen sm rei veritatem est falsa: q̃ moris eriã tempore psperitatis potest esse bona. Nam sm Senecã optimũ est mori cũ delectat viuere: ⁊ tpe aduersitatis potest moris esse mala: q̃ aduersitas sepe inducit desperationem. Boe. aũt representando statutũ miseri hois hanc sententiam p̃mittit tanq̃ veram. ¶ Notandũ q̃ moris vel cõparatur advitã presentem vel futurã. Primo modo illa moris dicitur felix que fugit tpe prosperitatis ⁊ accelerat tempore aduersitatis. Si aũt cõparatur moris ad vitam futurã: tunc ipsa potest dici bona ⁊ mala tpe aduersitatis ⁊ etiã psperitatis: q̃ si moris ducit ad gloriã dicitur bona: si ad penam dicitur mala. ¶ Notandũ sm remigiũ super donatuz. Heu aliquando est monosyllabũ: aliquando dissyllabũ. sicut metri necessitas requirit: vnde in pposito est dissyllabũ. dicendo. Heu heu q̃ surda miseros auertitur aure. ¶ Notandũ q̃ hoc verbũ auerto: quando est passiuum cõstructum cum ablto mediante prepositione: vt dicendo auertor a te: ⁊ idem est q̃ reuertor. aliquando est verbũ deponens cõstructum cum acto: vt dicendo auertor te: ⁊ tunc idem est q̃ sperno te: ⁊ sic accipitur in proposito: cum moris auertitur. i. spernit miseros: Versus. In vi passiui notat auertor remoueri. Si sit deponens auertor spernere signat. ¶ Notandũ Boe. appellat fortunam malefidam: q̃ est deceptiua. vnde Sene. Neminem aduersa fortuna cõminuit nisi quem secunda decipit. Et alibi Sene. Fortuna nemini seruat fidem. nulli obesse semel cõtenta est: quem nimiũ fouet: hũc

senectus mala.

Intẽpestiuum.

Cutis laxa.

Effecti.

Moris cõparat ad duo.

auertor.

fortuna.

Solantur mœsti nunc mea fata senis.
Venit em̃ properata malis inopina senectus.
Et dolor ætatem iussit inesse suam:
Intempestiui funduntur uertice cani:
Et tremit effœto corpore laxa cutis.
Mors hominum felix quæ se nec dulcibus annis
Inserit: & mœstis sepe uocata uenit.
Heu heu q̃ surda miseros auertitur aure:
Et flentes oculos claudere sæua negat.
Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret:

ſtultū facit. ¶ Notandū fortune bona dicunt leuia: quia trāſitoria. Non em̄ pdurat circa ꝓiem ſm Señ. Illud nō eſt tuū qđ fortuna fecit eſſe tuū. Donū em̄ qđ dare potuit: potuit ⁊ auferre. ¶ Notandū ꝙ Boetius appellat fortunā nubilā. i. obſcurā ſiue cecā. depingebat aūt antiq̄tus fortuna ceca: q; ex ip;ouiſo accedit ⁊ recedit. vel q; cecū reddit ꝓiem extollēdo eū in ꝓſperis ⁊ deprimēdo in aduerſis. ¶ Notandū ꝙ Boetius dicit fortunā olim circa ſe mutaſſe fallacē vultū: q; fortuna olim depingebat duplici facie: anteriori alba: poſteriori aūt ꝑ nigra. ꝑ albā deſignatur ꝓſperitas. ꝑ nigrā aduerſitas. mutauit ḡ fortuna circa Boetiuz fallacem vultū ꝓſperitas: poſtea oſtēdit ei vultū aduerſitatis. ¶ Quid me felicē toties iactatis amici. ꝯic Boe. deplangit ſtatū miſerie ſue apoſtrophādo cōtra amicos ſuos dicens. O amici mei qđ. i. ꝓpter qđ iactaſtis. i. iactādo diriſtis me toties felicē. fruſtra em̄ ō diriſtis. q; felicitas mea nō erat ſtabilis: qđ ꝓz ex ō: q; ego credidi: ⁊ ille q̄ cecidit de ꝓſpitate in aduerſitatē nō erat ſtabili ḡdu ꝓſpitat.

Pœne caput triſtis merſerat hora meum:
Nunc quia fallacem mutauit nubila uultum:
Protrahit ingratas impia uita moras.
Quid me felicem toties iactaſtis amici?
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu.

felicitas duplex.

¶ No. duplex ē felicitas: politica q̄ cōſiſtit in bonis exterioribꝰ. ⁊ talis nō eſt ſtabilis ſicuti nec bona exteriora. Alia ē felicitas ſpeculatiua q̄ cōſiſtit in actu ſapie. ſ. in ſpeculatiōe ſubſtātiarū ſeparatarū ⁊ talis felicitas eſt ſtabilis: ⁊ īmutabilis: cū ſit bonū optimū pulcherrimū ⁊ delectabiliſſimū. ex. ſ. Ethi.

¶ Iodoci Badii Aſcenſii in Boetium de conſolatione philoſophiæ grammaticalis explanatio.

Nõne cẽſemus btitudinẽ eẽ bonũ? dicit Boeti⁹. Certe ſummũ bonũ. cui pbia. licz. i. licitũ eſt addas hoc ſcz ſummũ oibus hís. nã btitudo eſt ſumma ſufficiẽtia: eadẽ eſt ſumma potẽtia: ⁊ iudicat eẽ ſumma reuerẽtia: claritas et voluptas. dicit Boe. Quid igitur ſup. eſtimas eſſe dicendũ? Rñder pbia: hęccine. i. nunq̃d hec oĩa ſcz ſufficiẽtia potẽtia: q̃ p et cetera ſunt veluti quedã mẽbra btitudinis: an cuncta referũtur ad bonũ veluti ad verticẽ. i. tanq̃ ad ſummã rationem appetendi oĩa alia. Tũc Boeti⁹ fatet ſe intelligere q̃ſtionẽ: ⁊ p̃ſtolari ei⁹ ſolutionẽ dices. ¶ Intelligo q̃d ꝓponas inueſtigandũ: ſed deſidero audire q̃d conſtituas. i. diffinias queſtionẽ diſſoluendo. ¶ Notã dũ q̃ q̃ſtio quã pbia mouet eſt iſta. Vtrũ p̃dicta q̃nq̃ ſcz ſufficientia: reuerẽtia ⁊c. conſtituãt btitudinẽ ſicut diuerſa mẽbra vnũ corpus: vel vtrum oĩa ſint eadẽ et referãtur ad aliq̃d vnũ: ſcilicet ad bonũ: qõ ratio ſit appetendi oĩa iſta. ¶ Notãduz q: in btitudine eſt ſummũ bonum: ⁊ in beatitudine eſt ſufficiẽtia: reuerentia: gloria: ⁊ iocũditas: ideo quẽritur an iſta ſint in beatitudine tanq̃ diuerſa: aut ad vnum relata: ſcz ad bonum ratione cuius appetuntur. ¶ Nota ad primam partem queſtionis debet reſponderi q̃ non: quia membra vnum corpus conſtituentia debent eſſe inter ſe diuerſa vt ſtatim ꝓbabitur in littera ſequenti: ſed illa quinq̃ ſunt vnum vt probatum eſt: ergo nõ poſſunt eſſe partes beatitudinis conſtituentes ipam ſicut membra vnum corpus: etiam ſi ſic ſequereſ q̃ beatitudo ſeu deus nõ eſſet omnino ſimplex: quod eſt impoſſibile. ¶ Cuius rei diſcretionem. Hic philoſophia ſoluit queſtionẽ: et primo oñdit q̃ iſta quinq̃ nõ ſunt partes ⁊ mẽbra btitudinis. Scõo oñdit q̃ oĩa referãtur ad bonum: ibi. Ad bonum vero. Primo intẽdit talẽ rationẽ. Mẽbra ꝓſtituentia aliq̃d vnũ adinuicẽ debẽt eſſe diuerſa: ſed iſta oĩa quinq̃ ſũt idẽ: ergo nõ ſunt mẽbra ⁊ partes btitudinis. Añ dicit in lra. Cui⁹ rei ſup. poſite in q̃ſtione ſic accipe diſcretionẽ. i. diſcretã ſolutionẽ. Si hec oĩa foꝛẽt mẽbra btitudinis: tũc diſcreparẽt ad ſeinuicẽ. Hec enĩ eſt natura partiũ: vt diuerſa cõponant vnũ corpus. Reſpondet Boe. Atq̃ pro certe hec omnia q̃nq̃ mõſtrata ſunt idem eſſe ſupplei nona proſa. Infert pb̃a. Igitur minime ſunt membra beatitudinis: ſed ſi in eis ſoluetur ratio membri: omnia erunt vnũ mẽbrum: et tunc ſequitur beatitudinẽ cõponi ex vno mẽbro quod eſt impoſſibile: ⁊ hoc eſt quod dicit. alioquin: id eſt ſi aliter dicatur quod non ſunt membra: ſed vnum membrum: videtur beatitudo eſſe coniuncta ex vno membro quod fieri nequit: ⁊ dicit boetius. Id quidem quomodo concluſum eſt non eſt dubium: ſed illud quod reſtat de veritate alterius partis queſtionis expecto. ¶ Nota q̃ beatitudo eſt diuinitas vt prius viſum eſt: et quia diuinitas eſt omnino ſimplex ⁊ indiſſolubilis ex nullo poteſt eſſe conſtituta. cum enim conſtituens ſit prius cõſtituto eſſet aliquid prius deitate quod abſurdum eſt: ergo beatitudo non poteſt eſſe conſtituta ex pluribus membris vel ex vno mẽbro. ¶ At bonum vero ⁊c. Hic philoſophia oſtẽdit q̃ omnia referantur ad bonum tanq̃ ad cauſam propter quam appetuntur. Secundo ex dictis deducit quaſdam concluſiones ſuperius probatas vt melius intelligañ: ſecũda ibi. Cuius vero cauſa. Primo dicit. Palam eſt cetera ſcilicet quin q̃ ſupradicta ad que omnia appetenda reducuntur ipſa referri ad bonum: idcirco enim petitur. id eſt accipitur: ſufficientia: quia bonum eſſe iudicatur: idcirco potentia petitur: quia id etiam creditur eſſe bonum. idem licet coniecrare: id eſt iudicare de reuerẽtia: claritudine id eſt claritate et iucunditate. ⁊ ſic vniuerſaliter concludere q̃ bonum eſt ſumma: id eſt pfectio ⁊ cauſa omnium expetendoꝛũ. i. deſiderandoꝛ. qõ declarat p̃ ſignũ dicẽs. Illud enĩ qõ neq̃ in re neq̃ in ſimilitudine. i. apparẽtia vllum bonum retinet in ſe illud nullo modo poteſt expeti. i. deſiderari: ⁊ per contrariũ illa que non ſunt bona natura. i. ex natura: tñ ſi videañ. i. appareãt eſſe quaſi vera bona ſint: appperuñ: quo fit vt bonitas iure credaſ eſſe ſumma atq̃ cauſa oĩm expetẽdoꝛ. ¶ Notãdũ q̃ bonũ eſt cauſa oĩm deſiderãdoꝛũ: quia deficiẽte ratione boni in aliquo ſiue ſit bonum fm apparẽtiã ſiue exiſtẽtiã tollitur ratio appetibilis: poſita vero ratione boni in aliquo: ſiue ſecundum apparentiam ipſum eſt appetibile: propter quod dicit Ariſtoteſ. iij. de anima. Mouet enim appetibile hoc quidem bonũ: hoc añt apparẽs

Bonũ.

bonū. Cuiꝰ vo causa. Hic ex dictis pbia deducit q̄sdā ꝯclusiones ꝑus ꝓbatas: vt melius inteligāt: et sunt due. Prima est q̄ bonū ⁊ bitudo sūt idē. Scda q̄ deus ⁊ bonū idē sunt: deducēs ḡ ꝑmā cōclusionē dicit. Illud maxie videt optari cuiꝰ causa q̄dē aliq̄d expetit. i. desiderat: vt sit causa saluꝭ. i. sanitat q̄ spiā. i. aliq̄s velit eq̄tare nō tā. i. tm̄ desiderat motū eq̄tādi q̄. i. quātū desiderat effectū saluꝭ. i. sanitat. Cū igit oīa petant. i. appetāt gra boni: illa nō potiꝰ desiderant ab oibꝰ q̄ ipm bonū: sz nos ꝯcessimꝰ bitudinē eē ꝓpter quā cetera optant: quare sola bitudo tāq̄ finis oīm alioꝝ desiderat Ex q̄ liq̄do. i. manifeste apparet eē vnā atq̄ eādē substātiā ipsiꝰ boni ⁊ bitudinis. Boeti. assentiēs isti deductiōi dicit. Nihil video cur q̄spiā possit dissentire. ¶ No. quoꝝ ꝓpetas ꝑ se ē eadē necesse est illa eē eādē. Cū igit bonū ⁊ bitudo habeāt vnā ⁊ eādē ꝑ se ꝓprietatē: erunt eadē. Nā ꝑ se ꝓprium ē bitudini q̄ oīa ꝓpter eā desiderantur. Silr illa ꝓprietas est boni: q̄ oīa appetunt q: bona. ḡ bonū ⁊ bitudo sunt idē. ¶ Notādū q̄ illud magis appetitur: cuius causa aliq̄d appetitur q: illud ꝓpter qđ aliq̄d appetit ꝑus est in causādo motū desideriꝫ q̄ illud qđ appetitur ꝓpter aliud: q: causa ꝑmaria ꝑus influit q̄ scdaria. ⁊ iō illud ꝓpter qđ aliq̄d appetit ꝑus influit desiderio q̄ illđ qđ appetit ꝓpter aliud sicut finis plus influit q̄ ordinata in finē: ⁊ b̄ declarat ꝑ exēplū in lra de sanitate: q̄ plus appetit q̄ actus equitādi facit ꝓpter sanitatē. Sz deū. Hic pbia ex ꝯclusiōe ꝑus ꝓbata deducit scđaz. s. deū et bonū eē idē fm substātiā ⁊ dic. Sed mōstrauimꝰ deū: q̄ ꝑ ⁊ verā bitudinē esse idē atq̄ vnū: dicit Boe. Ita ē inquā Ex quo ꝯcludit pbia di. Igit secure licz cōcludere substātiā dei esse sitā i ipso bono nec vsq̄ alio. i. alibi. ¶ Nota q̄ ex ꝑma ꝯclusiōe infert scđa: accipiēdo ꝑmā conclusionem ꝑ maiorē arguēdo sic. Bonū et beatitudo sunt idem fm substantiā: sed deus est vera beatitudo: ergo deus et bonum sunt idem fm substantiam.

Ascen. Quoniā igit ⁊c. Quoniā hec felicitas ꝑfectio. Satis inusitate ponit quoniā ꝑ in quo. Nā quoniā potiꝰ esset ad q̄d: cui nō quadrat hec dictio ꝯstituta. Est ergo. nā in q̄. Sicut postea. Quo vo ⁊c. in quo: vt sit vo ꝑ sz: quo. i. i quo habitet ⁊c. Ne hūc rerū. Ne tribꝰ modis accipi posse manifestū est. Aliq̄n em̄ valet certe ⁊ scribit cū diphthōgo: vt apud comicū. Nae ego infelix hō sū. ⁊ apd Persi. Nae mihi polydamas ⁊ troiades labeonē Protulerint. Aliq̄n est ꝓhibitiuū: et est vt nō: cū optatiuo frequēter vt ne facias: vel accipit ꝑ nō cū impatiuo: vt ne nega: ne seui: ne pete. Ex his duobꝰ ꝑponit. Tertio mō accipit ꝑ an: ⁊ tūc est subiūctiui ordinis: vt q̄ teneāt: nā inculta videt hoies ne fere ne. Or ergo hic ꝑponit: accipiēdū scđo mō est: nec ponit dubitationē iter mēbra: sz prohibet ambo presumi. Est autē ꝑsumere rem tanq̄ notā assumere. q. d. fit ꝑsupponere vel priusq̄ cōcedat capere. In vulgari aūt significatione: que est nimiū sibi vendicare aut attribuere dixi apud doctos reperies: q̄ dicere soliti sunt. hic sibi multa sumit. Sumimꝰ eē ꝑ nos nullo dāte: accipimus ab alio. Ordo igitur est. Ne ꝑsumas. i. noli ꝑsumere. i. ꝑsupponere ⁊ tanq̄ ꝓbatū assumere hūc ꝑfectum oīm rerū vel accepisse extrinsecus. i. ab aliquo q̄ a se illud summū bonū: quo ꝓhibet esse plenꝰ: vel ipsum habere illud ita. i. taliter naturaliter quasi cogites. i. putes substantiā dei habētis ⁊ bitudinis habite eē diuersam.

Sumo: Accipio.

Refrago. Refragari cōponit a re ⁊ frago: qđ nō est frequēs verbū. Est aūt refragari dissentire et non dare vocē aut assensum suū petēti: sicut ecōtrario. Suffragari est annuere: assensum dare ⁊ vocē in electione alicuiꝰ: aut illi quouis pacto ꝑ fauorē cōsulere. vñ suffragiū dictū est qđ etiā ꝑ intercessione sctōꝝ: immo etiam prō pcibus quas prō suffragio eorum impetrando fundimus nonnulli accipiunt.

Refrago. Suffragor. Suffragium. Sctūs thomas

Vc omnes pariter venite capti. Istud est metrum decimum huius terti: quod dicitur valenticum ab inuentore: et est hendecasyllabum constans ex spondeo et dactilo et duobus vel tribꝰ trocheis: q: vltimo loco pōt poni spondeo

¶ Metrum decemū tertii libri.

Vc omnes pariter uenite capti.
Quos fallax ligat improbis catenis
Terrenas habitans libido mentes.

deus vel trocheus.in quo metro pbia postꝯ ostendit in quo sit summa btitudo ꝓpter ad istā btitudi nem ꝓuenire dī. Omnes capti quos fallax libido.i.fallax delectatio ꝯhabitās.i.possidēs terrenas men tes:ligat improbis catenis.i.vitiosis cupiditatib⁹.venite pariter ꝯhuc.i. ad summū bonū qđ est situm in deo. Tunc oñdit vtilitatē veniendi ad illud bonū dicens. Hic.i.in isto bono qđ est de⁹ erit vobis re quies l aboꝝ:cum ipse sit p̄miū in ꝯhac vita laboꝝantium: ꝯhic est portus.i.securitas manens placida quiete: ꝯhoc est asylum.i.domus refugij vnum.idest solum: quia tantum ad deū est refugium:patens. idest apertū miseris.tunc cōparat illud bonū ad bona tē poralia ostēdēs bona tpalia esse dānosa q⁹ sui cupiditate obtenebrant animā dī. Quicqd donat tagus fluui⁹ iste aureis suis arenis: quicqd donat ꝯhermꝰ fluuius rutilāte.i.splēdente sua ripa: aut indus fluuius a quo ꝺr india: ꝓpinquus calido orbi:q⁹ vicin⁹ torride zone: indus in quā cōmiscēs lapillos virides.i.smaragdos candidis.i.margaritis sup.oīa illa nō illustrant: acies sup.mētis:sed magis cōdunt.i.inuoluūt cecos aios in suas tenebras.i.ignorantias verī bonī: ꝯhoc scz bonū tpale quicqd.i.qđcūꝯ placet:ꝯ et excitat mētes ad cupiditatē: illud tellus aluit infimis cauernis.i.ꝓfundis:q⁹ in ꝓfundo terre gignūtur metalla ⁊ gē me. Tūc oñdit vtilitatē boni qđ est de⁹: in quo est vera btitudo dī. Splendor.i. btitudo splēdens quo splēdore regit celū:ille vitat obscuras ruinas aīe:q⁹ splē

Hic erit uobis requies laborum.
Hic portus placida manens quiete.
Hoc patens unum miseris asylum.
Non quicquid Tagus aureis arenis
Donat:aut Hermus rutilante ripa:
Aut indus calido propinquus orbi
Candidis miscens uirides lapillos
Illustrant aciem:magisꝯ cæcos:
In suas condunt animos tenebras:
Hoc quicquid placet excitatꝯ mentes:
Infimis tellus aluit cauernis.
Splendor quo regitur uigetꝯ cœlum
Vitat obscuras animæ ruinas:
Hanc quisquis poterit notare lucem
Candidos Phœbi radios negabit.

dor ⁊ obscuritas nō cōpatiunt in eodē.q̄squis ergo poterit notare.i.notā ꝯhabere ꝯhāc lucē:ipe negabit .i.nō curabit cādidos radios phebi.i.solis. ¶No. ꝓpter litterā ꝙ asylū �› m ꝯhug. ꝺr dom⁹ refugij quā romulus fecit:ab a qđ est sine ⁊ sylon qđ est tact⁹ quasi sine tactu.q⁹ nō erat phas ibi aliquē tāgere vel offendere. ¶No. ꝛm illđ lib. ethy. Tagus est fluui⁹ quē carthago ꝯhispanie fic nūcupauit ex quo ꝓcedit copiositas arenis auriferis:⁊ ob ꝯhoc pre ceteris fluuijs ꝯhispanie est preclar⁹. ¶No. ꝛm ꝯhugu. ꝙ ꝯher mus est fluui⁹ asie q̄ cāpos smirneos secat fluctib⁹ ⁊ est plen⁹ aureis arenis. Indus aūt ꝛm Isido. ē fluuius orientis q̄ rubeo mari excipit:a quo india nuncupat abūdans margaritis ⁊ smaragdis.

Hec oēs.carminis ꝯhui⁹ legē supra vidisti nō tñ putarē eē monocolon.i. vni⁹ mēbri:sz dicolon: quā ꝓter scđm vsum iuenies alternatim post vsz cōpositū ex spōdeo dactilo ⁊ trib⁹ trochēis: aliū cōpositū spōdeo trochēo dactilo ⁊ duob⁹ troeꝯheis. Est ergo prior vsus phaleti⁹. scđs sap phicus:sz vterꝯ hēdecasyllab⁹.i. vndecim syllabarū. Asylū: vt docet Cortellius cū y greco et vnico l scribit. ⁊ apud nos significat intemeratū. Nā cōponit ab a qđ est sine ⁊ sylo traho: eo ꝙ locus erat abs quo neminē ꝑ vim traꝯherelicebat. fuit primo athenis cōstructū: deinde etiaz rome a romulo: vt plurimi autores sunt. Tagus fluui⁹ est lusitanie toletū radēs: qui vt ait Pli. ꝓpe ꝯhispaniā: carthagi nem: ⁊ ob arenas auriferas ceteris eiusdēregionis oībus anteferꝛ. Hermus fluui⁹ est lydie qui arenulas aureas ducit. vñ Vir. geor. iij. Atꝯ auro turbidus ꝯhermꝰ. Et teste ꝯherodoto li. j. apud sardos fluit: que ciuitas fuit in lydia ⁊ cresi regia. Infimis tellus aluit. i. ꝓduxit ⁊ educauit infimis cauernis suis. ꝯhoc de auro verū est ⁊ reliquis metallis nō de lapillis:qui in terra semp nascunt. Cetera nota sunt. Tagus Hermꝰ.

¶ Prosa undecima tertii libri.

Assentior inquā: cuncta em̄ firmissimis nexa rōnibus cōstant. P. Tum illa. Quā ti inquit æstimabis si bonū ip̄m quid sit agnoueris. B. Infiniti inquā. siqđē mihi p̄ariter deum quoꝯ qui bonū est cōtingat agnoscere. Philo. Atqui hæc ueriissima inquit ratione patefaciā: maneant modo quæ pauloante conclusa sunt. Boetius. Manebunt. Philosophia.

Sctūs thomas

Assentior inquā. Ista est. pi. pō sa ꝯhui⁹ tertij in qua pbia indu cit Boe. in cognitionē quorūdā que prius fassus fuit ignorare. s. q̄s sit finis oim rerū ⁊ q̄b⁹ gubernaculis mūdus regatur. Primo ducit ipsum in cognitionem primi. scđo in scđi. in sequēti ꝑsa. Primo pbia inuestigat diffinitionē boni. scđo ex ꝯhoc ostēdit q̄d sit finis oim rerū. ibi: Et ille minimū Primo p̄mittunt quedā. Scđo pbia aggredit ꝓpositum. ibi. Nōne inq̄t. Primo Boe. assentiens dī. Assentior inquā. s. iā dictis. Cūcta em̄ cōstāt nexa firmissimis rōnib⁹ q⁹ demōstratiuis: ⁊ pbia inquit;

Quãti.ſ.precij eſtimabis ſi agnoueris q̃d ſit ipm bonũ? Rñdet Bo. Infiniti.ſ.prec ij inquã eſtimabo. ſiquidẽ mihi pariter contingat agnoſcere deũ qui bon⁹ eſt: dicit pbia. Atqui pro certe hoc patefaciã ve riſſima rõne: maneãt.i.cõcedant: mõ .i.mmo que ꝯcluſa ſunt pauloante. Et dicit Bo. manebũt ſine oi cõtradictione in ſui veritate. ¶ No. q̃ ad pbandũ aliquã cõcluſionẽ opz p̃incipia manere in ſui verita te: ⁊ ea cõcedi. ſi em̃ negarent nõ poſſet ex eis deduci cõcluſio. volẽs ergo pbia ex his q̃ ꝯcluſa ſunt tãq̃ ex p̃ncipijs cõcludere q̃d ſit bonũ: dicit hoc velle facere manẽtibus his q̃ pbata ſunt ⁊ dicit Boe. q̃ manebũt in ſui verí tate. ¶ Nõne inq̃t monſtrauim⁹ ea. Hic pbia aggredit intentũ oſtẽdendo q̃d ſit bonũ: ⁊ intendit pbare iſtã cõcluſionez. Bonũ eſt illud qõ oia appetũt: quã pro bat tali ratione. vnũ ⁊ bonũ ſunt idem: ſed oia appetunteſſevnũ: ergo oia appe tunt bonũ. Circa iſtam rõnez ſic pcedit. Primo probat maiorẽ. Scõo minorem. Tertio reſumpta maiore infert cõcluſio nem. ſcõa ibi. Noſti ne igitur. tertia ibi. Eſt ne igit. Probat ergo maiorẽ q̃ vnũ ⁊ bonũ ſunt idem p modũ queſtiõis. Et primo querit di. Nõne ſupra monſtrauí mus in nona pſa ea q̃ appetunt a pluri bus. ſ. ſufficientia: reuerentia: potentia: ideirco nõ eſſe vera bona ⁊ perfecta: q̃m diſcreparent a ſe inuicez ſup. eo mõ quo appetunt a plurib⁹. ⁊ cũ alteruz adeſſet alteri: nõ poſſe afferre plenũ ⁊ abſolutũ bonũ qõ nullo indigeat: tũc ſup. mõſtra uim⁹ vnũ vez bonũ fieri cũ colligunt in vnã formã bitudinis atq̃ efficientiaz. i. vnã cauſam efficientem. ſ. deũ. vt que ſit ſufficientia eadem ſit potentia: reueren tia: claritas: iocũditas: niſi vero oia ſint vnũ ⁊ idez: monſtratũ eſt ea nihil habe re quo numerent. i. cõputent inter expe tenda. i. deſideráda. Et dicit Bo. Demõ ſtratũ eſt inquã nec vllo modo dubitari poteſt. Ulterius querit pbia. Illa que cũ diſcrepãt minime ſunt bõa: ⁊ cũ cepe rint eſſe vnũ bona fiũt: nõne hec cõtin git fieri bona adeptione vnitatis? dicit Boe. Ita videt eſſe inquã. Et ſubdit pbia. Sed omne qõ eſt bo num participatione boni cõcedis eſſe bonũ an minime? Et dicit Boe. ita eſt. Tunc pbia ex cõceſſis cõ cludit maiorem di. Igitur ſimili rõne oportet vt cõcedas vnũ ⁊ bonũ eſſe idem. Et cõfirmat illã cõclu ſionem per locũ ad effectũ di. Nã eadez eſt ſubſtãtia eorũ quoꝝ nõ eſt naturaliter diuerſus effectus: q̃ idem inquantũ idem natũ eſt facere idez. Bo. cõcedens di. Negare inquã nequeo. ¶ No. ex littera fic pbatur q̃ vnũ ⁊ bonũ idem ſunt. Quecũq̃ nõ ſunt bona niſi q̃ ſunt vnũ nõ ſunt bona niſi adeptiõe vnitatis. ſz oia ſunt bona adeptione vnitatis: ergo vnũ ⁊ bonũ idem ſunt. Uel aliter arguitur ſic. Oia ſunt bona adeptione bonitatis. oia ſunt bona adeptione vnitatis. ergo bonũ ⁊ vnũ idem ſunt. Aliam rõnem innuit in littera di. Illa ſunt vnũ quoꝝ nõ eſt diuerſus effect⁹: q̃ idem inquantũ idẽ nõ facit niſi idem: ex ſecũdo de generatione: ſed vnius ⁊ boni nõ eſt diuerſus effectus: q̃ effectus vtriuſq̃ eſt bonũ ergo ſunt idem. Et hec concluſio patet ex. iiij. metaphiſice: vbi Ariſtoteles vult q̃ bonũ ⁊ vnũ cõuertã tur. ¶ Noſti ne igit omne quod eſt. Hic pbia probat minorem. ſ. q̃ oia appetunt eſſe vnũ per talem ra tionem. Unũquodq̃ tandiu manet atq̃ ſubſiſtit q̃diu eſt vnũ: ſed oia naturaliter appetunt permane re ⁊ ſubſiſtere: ergo oia appetunt eſſe vnũ. Illius rationis primo declarat maiorem. ſcõo minorem ibi Eſt ne igitur: tertio reſumpta maiore cõcludit intentum. ibi. Quod aũt inquit. Primo ergo declarat maiorem q̃ vnũquodq̃ tandiu manet q̃diu eſt vnũ: dicit. Noſti o Bo. omne qõ eſt tandiu manere atq̃ ſubſiſtere q̃diu ſit vnũ: ⁊ cũ deſtiterit eſſe vnũ pariter cõtin git diſſolui atq̃ interire. querit Boe. Quo nãmodo? pbia declarat in exemplo dicens in animalibus hoc patet: cũ anima ⁊ corpus in vnũ coeunt atq̃ permanent vnũ: illud vnũ vocatur animal. cum vero hec vnitas diſſoluatur ſeparatione vtriuſq̃ ſup. anime ⁊ corporis liquet: ideſt manifeſtum eſt animal interire ⁊ non iam eſſe animal. Ponit aliud exemplũ. ipſum etiã corpus humanũ cũ permanet in vna forma cõiunctione membroꝝ: tunc viſitur. i. videtur humana ſpecies; ſed ſi partes corporis diſtribute ⁊ ſegregate. ideſt ſeparate ab inuicem diſtra

Unũ et bonum.

¶ Nõne inquit mõſtrau im⁹ ea q̃ appetunt a plu ribus: iccirco uera pfectaq̃ bona nõ eſſe: qm̃ a ſe in uicẽ diſcreparent? Cũq̃ alteri abeſſet alterũ plenũ abſolutũq̃ bonũ afferre non poſſe. Tum aũt uerũ bonũ fieri cum in unã ueluti formã atq̃ efficien tiã colligunt? ut q̃ ſufficiẽtia ẽ eadẽ ſit potẽtia re uerẽtia claritas atq̃ iucũditas. Niſi uero unũ atq̃ idẽ oia ſint; nihil hr̃e quo inter expetẽda numerẽ tur? Bo. demonſtratũ eſt inquã nec dubitari ullo mõ põt. P. Quæ igit cũ diſcrep ant minime bona ſunt; cũ uero unũ eſſe cœperint bona fiunt: nõne hæc ut bona ſint unitatis fieri adeptiõe cõtingit? Bo. Ita inquã uidet. P. Sed oñe quod bonũ eſt: bo ni participatiõe bonũ eſſe cõcedis; an minime? B. Ita eſt. P. Oportet igit idẽ eſſe unũ atq̃ bonũ ſimili ratione cõcedas. Eadem nãq̃ ſubſtãtia eſt eorum quoꝝ naturaliter nõ eſt diuerſus effectus. B. Nega re inquã nequeo. Ph. ¶ Noſti ne igitur inq̃t oñe quod eſt tandiu manere atq̃ ſubſiſtere q̃diu ſit unum: ſed interire atq̃ diſſolui pariter atq̃ unũ eſſe deſtiterit? Boe. Quonã modo? Phi. Vt in aiali bus inquit cum in unum coeũt ac pmanent aia corpuſq̃ id aial uocatur. cũ uero hæc unitas utri

uſq; ſepatione diſſoluit interire:ne iã eſſe aial liqt: ip̃m quoq; corp⁹ cũ in una forma mẽbroꝝ cõiunctiõe pmanet hũana uiſitur ſpẽs. At ſi diſtributæ ſegregatæq; ptes corpis diſtraxerint unitatẽ deſinit eẽ qd fuerat.eoq; mõ pcurrenti cætera pculdubio patebit ſubſiſtere unũquodq; dũ unũ eſt/cum uero unũ eẽ deſinit iterire. Boe. Cõſiderãti inquã mihi plura minime aliud uidet.Phi. ¶ Eſt ne igitur inqt qd inquãtũ naturaliter agat relicta ſubſiſtẽdi appetẽtia uenire ad interitũ corruptionẽq; deſideret? Boe. Si aialia iquã cõſiderẽ q̃ habẽt aliquã uolendi nolendiq; naturaꝝ nihil inuenio qp nullis extra cogentibus abiiciãt manẽdi intẽtionẽ & ad interitũ ſponte feſtinẽt.Oẽ nãq; aial tueri ſalutẽ laborat:mortẽ uero perniciẽq; deuitat.Sed qd de herbis arboribuſq; qd de inaiatis oĩno conſentiã rebus prſus dubito.P. ¶ Atqui nõ eſt qp de hoc poſſis ambigere.cũ herbas atq; arbores intuearis primum ſibi cõuenientibus innaſci locis. ubi quantũ earum natura q̃at cito exareſcere atq; interire nõ pñt.Nã aliæ quidẽ cãpis:aliæ mõtibus oriunt:alias ferũt paludes/aliæ ſaxis hærẽt: aliarum fœcundæ ſunt ſteriles arenæ:quas ſi in alia quiſpiã loca tranſferre conetur areſcunt. Sed dat cuiq; natura quod conuenit; & ne dum manere poſſunt intereant: elaborat. Quid dicam? qoẽs uel

ſenit rationẽ ſuã. ¶ Quid dicã qp oẽs. Hic pbĩa pbat idem alio ſigno qõ ſumitur ex mõ ſituationis partiũ ſm cõuenientiã ad attractionẽ alimenti quo cõſeruatur eſſe eoꝝ. Et dicit. Quid dicã ex hoc qp oẽs. ſ. herbe & arbores trahũt alimenta radicib⁹:velut ore demerſo in terras:& diffundũt ſibi alimentũ per medullas:p robur:q;p & corticem.qõ nõ eſt niſi ꝓpter appetitũ pmanendi. Tunc ponit aliud ſignũ qõ ſumit de diſpoſitione partiũ ad pꝛohibendũ nocumentũ extrinſecũ di. quid dicam ex hoc qp nobiliſſimũ quodq;:ſicut eſt medulla ſemp recondit.i.locatur interiori ſede.i.in medio plantę:extra vo tueatur quadã ligni firmitate.vltimus autem.i.exterior coꝝtex arboꝝis:quaſi patiens mali

ſerint vnitatẽ:coꝝp⁹ definit eſſe qõ fuerat:eodẽ mõ pcurrenti cetera pculdubio patebit vnũ quodq; ſubſiſtere.i.pmanere dũ eſt vnũ:cũ vo definit eẽ vnũ interire videt & dicit Boe. Mĩme iquã videt mihi aliud ꝓſiderãti plura. ¶ No.qp aliqs diceret nõ videt qp eſſe & eẽ vnũ ſint eadẽ:qꝝ mali ſunt & iñ nõ ſunt vnũ.pꝛobo.vnũ & bonũ ſunt idẽ:vt iam pbatũ eſt:ſed mali nõ ſunt boni: g̃ nõ ſunt vnũ. Iſta ratio ſoluit ex quarto huius negando maiorẽ:qꝝ pbĩa quarto huius pbat malos nõ ſolũ non eſſe potentes:ſed ſimplr non eſſe. Unde mali bene ſunt mali: ſed qõ ſimplr dicantur eſſe:nõ eſt verũ: ſicut hõ mortuus ſimpliciter nõ eſt hõ. Et de hoc videbit in quarto. ¶ Eſt ne igit: declarat minorẽ ſcz qp oĩa appetant eſſe et pmanere. Et pmo oſtẽdit hoc.ſcõo pbat qp talis appetit⁹ eſt naturalis. ſcõa ibi. Neq; nũc nos. Primo oſtendit intentũ in aialib⁹ Scõo in vegetabilibus. Tertio in reb⁹ inaiatis.ſcõa ibi. Atqui nõ eſt. tertia ibi Ea etiã. Primo dicit pbĩa. Eſt ne aliud qõ inquãtũ naturaliter agat deſideret venire ad iteritũ.i.mortẽ: q; p & ad corruptionẽ relicta appetẽtia ſubſiſtendi. Rñdet Boe. Si ꝓſiderẽ aialia q̃ habẽt naturã.i.appetitũ volẽdi.i.appetendi:& nolẽdi.i.fugiẽdi aliqd nihil inuenio qõ abiiciat intẽtionẽ manẽdi ſup.in rez natura.& feſtinet ſpõte.i. volũtarie ad iteritũ nullis cauſis cogẽtib⁹:q; oẽ aial laborat tueri ſalutẽ & deuitat mortẽ & pui cie:ſz ego p:ſ⁹ dubito q̃d de herbis & arboꝝib⁹:q̃d de reb⁹ inaiatis oĩno ꝓſentiã ſup.an talia appetãt eſſe et permanere. ¶ No.Boe.nõ dubitat q̃n aialia appetãt eẽ & pmanere:cui⁹ rationẽ innuit illud qõ laborat tueri ſalutẽ & vitare mortẽ hoc appetit eſſe & pmanere:ſed oẽ animal eſt hmõi: ergo ꝛc. Sed vtrũ ita ſit in vegetabilibus & in rebus inaiatis de q̃ dubitat:& põt eſſe rõ dubitationis:q; in talibus nõ ſunt opatiões ita manifeſte ſubſeruiẽtes appetitui naturali pmanẽdi:ſicut in aialib⁹ q̃ mouent ad percipiẽdũ nutrimẽtũ & alia q̃ ptinẽt ad cõſeruationẽ vite. ¶ Atqui nõ eſt qp de hoc poſſis. Hic pbĩa pꝛobat qp vegetabilia ſicut herbe & arboꝝes appetũt eẽ & pmanere. Et hoc pbat q̃tuoꝝ modis ſicut patebit Primo ex locoꝝ qualitate q; in talib⁹ locis naſcunt vbi diutius poſſunt cõſeruari eſſe. vñ di. Atqui p certe Boe.nõ eſt qp poſſis ambigere.i. dubitare de hoc vtrũ inaiata & vegetabilia appetẽt eſſe pꝛimũ .i.primo ſigno: cũ tu intuearis herbas atq; arboꝝes innaſci locis ſibi ꝓueniẽtib⁹:vbi q̃tũ eaꝝ natura.i.vigoꝝ nature q̃at nõ pñt cito exareſcere & interire. Nã alie cãpis oꝝiunt ſicut oliue: alie mõtib⁹ ſicut cipꝛeſſi:alias ferũt paludes ſicut alnos ſalices:alie hẽrẽt ſaxis ſicut herbe q̃ dicunt capilli veneris & herba iouis .Aliarũ herbarũ ſunt fecunde.i. abũdãtes ſteriles arene:vt illius herbe q̃ dicit merica:que ſi quiſq; conat trãſferre in alia loca areſcũt: ſed natura dat vnicuiq; qõ ſibi cõuenit:& elaborat ne intereant q̃diu manere poſſunt. ¶ No.qp locus eſt pꝛincipiũ generationis:q; ſeruat & cõſeruat locatũ:& ipo mediãte virtus celeſtis influit ipi locato. Cũ igit vegetabilia ſicut herbe & plãte requirant determinata loca in quibus ſaluant:& in alijs areſcãt pꝛz q; ipa appetant eſſe & pmanere. ¶ Quid dicã qp oẽs. Hic pbĩa pbat idem alio ſigno qõ ſumitur ex mõ ſituationis partiũ ſm cõuenientiã ad attractionẽ alimenti quo cõſeruatur eſſe eoꝝ. Et dicit. Quid dicã ex hoc qp oẽs. ſ. herbe & arboꝝes trahũt alimenta radicib⁹:velut ore demerſo in terras:& diffundũt ſibi alimentũ per medullas:p robur:q;p & corticem.qõ nõ eſt niſi ꝓpter appetitũ pmanendi. Tunc ponit aliud ſignũ qõ ſumit de diſpoſitione partiũ ad pꝛohibendũ nocumentũ extrinſecũ di. quid dicam ex hoc qp nobiliſſimũ quodq;:ſicut eſt medulla ſemp recondit.i.locatur interiori ſede.i.in medio plantę:extra vo tueatur quadã ligni firmitate.vltimus autem.i.exterior coꝝtex arboꝝis:quaſi patiens mali

id est potēs: sustinere mala opponit defensor aduersum intēperiē celi. i. aeris tūc ponit aliud signū qđ sumit ex ꝓpagatione seminis: qđ ordinat ad ꝓseruationē nature in alio simili in specie. cū nō possit manere idē in numero. ⁊ dicit. Jā vero quāta est diligētia nature vt cūcta propagent semine multiplicato sup. cōsidera que oīa semina q̄s nesciat esse tanq̄ quasdā machinas. i. instrumēta manēdi nō modo. i. nō tm̄ ad tps. verūetiā ꝓmanēdi in ꝓpetuū. generatim. i. successiua gnatione. q. d. nullus est cui hec nō pateāt. ¶ No. q̄ radices plātarū ori similes sunt cū habeant eādē opationem sup. trahere alimētū: habēt aūt plāte radices ifixas terre: q̄ ex terra humorem trahūt ⁊ alimētū: qđ ꝓmo diffundit in medullā: deinde in robur: deinde in corticē. Est aūt medulla mollissimū qđ est in medio plāte vel arboris: nō potēs pati ꝓ intēperantiā caloris ⁊ frigoris: ideo natura ipsam locauit i medio: quā circūdat robur qđ ē lignū arboris: robur autem circundat cortice exteriori tanq̄ defensore ab intēperie aeris. ¶ No. q̄ vegetabilia nō ꝑnt idem numero manere: iō natura ꝓducit i eis semina: ꝑ quorū ꝓpagationē ꝓmaneāt idē in spē. s. in suo simili. ¶ Ea etiaz q̄ inanimata. Hic pbia ꝓbat q̄ etiam inanimata appetāt esse duob⁹ signis. Primo ex inclinatione naturali eoꝝ ad locū: ⁊ dicit sic. ea etiā que credunt esse inanimata: vt lapis: aer: ignis. nōne desiderant. i. appetunt quecq̄. i. oia inanimata qđ est suū. i. sue nature cōsonum simili rōne ꝓpter cōseruationez sui esse: q. d. sic. Cur enim leuitas vehit. i. mouet flāmas sursum: ⁊ pōdus. i. grauitas deprimit terras deorsuz nō ꝓpter aliā causam: nisi q̄ hec loca: q̄ prio ⁊ motiōes cōueniunt singulis sup. prio saluatiōe eoꝝ esse: ⁊ subdit. Porro sup. illud qđ est cōsentaneum. i. cōueniens cuiq̄ illud sup. cōseruat in esse vnūquodq̄: sicut ea que sunt inimica. i. ꝓtraria corrūpunt. Secūdo probat idem ꝑ aliud signū sumptuz ex cōseruatione naturalis proprietatis hmōi est cōtinuitas quā quelibet res naturalis nititur cōseruare: vñ dicit. iā sup. ista vo que dura sunt vt lapides adhērent tenacissimis: idest firmissimis suis partibus: resistunt per suam duriciem ne de facili dissoluantur: que vo sunt liquentia: idest mollia: sicut aer et aqua de facili cedunt diuidentibus: sed cito relabuntur: idest redeūt ad ea a quib⁹ sunt abscissa: ſz ignis effugit oēm sectionē. ¶ No. q̄ hic vltimū q̄ dicit ignem fugere oēm sectionē dupl'r exponitur. Primo sic. Aliq̄d secatur cū partes eius abinuicē separant ita vt in nullo cōueniāt: sed partes ignis sic nō ꝑnt secari q̄n semp in aliquo cōueniāt vt maxime ptz de igne q̄ est flāma. alio mō exponit sic. q̄ ignis refugit oēm sectionē: q: ꝓpter vehemētiā sue actiōis corrūpit ipm̄ qđ dz secare: ⁊ igniēdo ipm in suā naturā cōuertit. ¶ Neq̄ nūc nos. Hic pbia ponit q̄ desideriū essendi nō est appetit⁹ volūtari⁹ ſz naturalis ⁊ di. Neq̄ nos tractam⁹ nūc de motib⁹ volūtariis aīe cognoscētis: ſz naturali intentione sicuti naturale est q̄ trāsigimus. i. digerimus acceptas escas sine cogitatione: ⁊ q̄ in sumno nescientes ducimus spiritū. i. respiramus. Nam amor: idest appetitus manendi. i. subsistendi in animalibus nō preuenit ex voluntatibus anime. s. sup. sicut tu estimas: quia iam superius posuisti solum in animalibus esse appetitum manendi: sed venit ex principiis nature: quia natura reperit tā in aīatis q̄ in inaīatis: q̄ aūt appetitus manendi nō sit ex voluntate probat dupliciter. Primo probat hoc: quia vo

Radices.

lut i terras ore demerso trahūt alimēta radicibus ac ꝑ medullas robur corticēq̄ diffundūt. Quid q̄ molliſſiumu: quodq̄ ſicuti medulla eſt: interiore ſemp ſede recō ditur/ extra ueroquadā ligni firmi tate: ultimus aūt cortex aduerſum cœli intēperiē quaſi mali patiēs defenſor opponit. Iā uero quanta ē naturæ diligētia ut cūcta ſemine multiplicato ꝓpagent: quæ oīa nō modo adtēpus manēdi uerūgeneratim quoq̄ quaſi i perpetuū permanēdi ueluti q̄ſdā machinas eſſe qs neſciat. ¶ Ea etiā quæ inanimata eſſe creduntur nōne quod ſuum eſt quæq̄ ſimili ratione deſiderant? Cur eñ flammas quidē ſurſum leuitas uehit: terras uero deorſum pōdus deprimit: niſi q̄ hæc ſingulis locationeſq̄ cōueniunt. Porro aūt quod cuiq̄ cōſentaneum eſt: id unū qđq̄ cōſeruat ſicuti ea q̄ ſuut inimica corrūpunt. Iam uero q̄ dura ſunt ut lapides adhærēt tenaciſſimis ꝑtib⁹ ſuis & ne facile diſſoluant reſiſtūt. Quæ uero liquētia: ut aer atq̄ aqua facile quidē diuidētib⁹ cedunt: ſed cito in ea rurſus a qbus ſunt abſciſſa relabunt. Ignis uero oēm refugit ſectionē. ¶ Neq̄ nunc nos de uolūtariis aiæ cognoſcentis motib⁹ ſed de naturali intētione tractam⁹. Sicuti eſt q̄ acceptas eſcas ſine cogitatione trāſigim⁹; & ſicuti q̄ in ſomno ſpm̄ ducim⁹ neſcientes. nam ne in animalibus quidē manendi amor ex aiæ uoluntatibus/ uerū ex naturæ principiis uenit. Nam ſæpe mortē cogētib⁹ cauſis quā natura reformidat/ uolūtas amplectitur. Cōtraq̄ illud quo ſolo mortaliū rerū durat diuturnitas gignēdi opus qđ natura ſemp appetit interdum

Ignis

coercet uoluntas.adeo hæc ſui charitas nõ ex aiali motiõe:ſed ex naturali intẽtiõe ꝓcedit.Dedit em̃ ꝓuidẽtia creatis a ſe reb⁹ hãc uel maximã manẽdi cãm:ut quoad ꝑñt;naturaliter pmanere deſiderent. Quare nihil eſt qđ ullo mõ queas dubitare: cũcta q̃ ſunt appetere naturaliter cõſtãtiã pmanẽdi;deuitare pniciẽ.B. Cõfiteor inquã nũc me idubitato cernere:q̃ dudũ incerta uidebantur.Philo. ¶ Quod aũt inqt ſubſiſtere ac pmanere appetit id eẽ unũ deſiderat.Hoc em̃ ſublato neceſſe qdem cuiq̃ pmanebit.B. Verũ eſt inquã.P. Oĩa igit̃ inqt unũ deſiderãt.B.cõſenſi.Phi. Sed unũ idip̃m mõſtrauim⁹ eſſe qđ bonũ eſt.B.Ita quidẽ.P.Cũcta igit̃ bonũ petũt.qđ quidẽ ita deſcribaslicet.ip̃m bonũ eſſe qđ deſideret̃ ab oĩb⁹.Boe. Nihil inquã uerius excogitari põt. Nam uel ad nihilũ cũcta referunt̃ & uno ueluti uertice deſtituta ſine rectore fluitabunt;aut ſi qd eſt ad qđ uniuerſa feſtinent id erit oĩm ſummũ bonoꝝ.P. ¶ Et illa nimiũ iqt O alũne lætor.ip̃am em̃ mediæ ueritatis notã mẽte fixiſti.Sed in hoc patuit tibi qđ ignorare te pauloãte uidebas.B. Quid inquã?P. Quis eſſet inquit rerũ oĩm finis. Is eſt em̃ profecto quod deſideratur ab oĩbus;quod quia bonũ eſſe colligim⁹;oportet rerum omnium finem bonum eſſe fateamur.

tiens dí.cõſenſi.ꝛ tunc maiorem ꝑncipalis ſyllogiſmi reſumit nos monſtrauim⁹ vnũ eſſe ip̃m qđ bonũ eſt.dí.Boe.Ita quidem.Tunc pbia cõcludit intentũ formando diffinitionẽ boni dí.Igit̃ cũcta bonũ petũt:qđ bonũ licet.í.licitũ eſt:vt deſcribas.Bonũ eſt qđ deſiderat̃ ab oĩb⁹:ꝛ dí.Bo.nihil verius cogitari põt:qꝛ vel ad nihilũ cũcta referunt̃:ꝛ deſtituta vno vtice.í.ꝑncipio cũcta fluitabũt ſine rectore:aut ſi q̃d eſt ad qđ vniuerſa feſtinẽt.illud erit ſummũ alioꝝ bonorũ. ¶ No.q̃ oĩe qđ eſt vel appetit pfici: vel in ſua pfectione ſaluari. Cũ igit̃ pfici ꝛ in pfectione ſaluari ſit bonũ:oĩa appetunt. ¶ Nota cũ dicitur oĩa appetunt bonũ: ibi nõ accipitur bonum precíſe pro bono naturali;ſed pro bono cõmuniter accepto:qđ bonũ cõmuniter acceptũ eſt eſſe eſſentiale vel accidentale cõueniens rei vt pficiat̃ vel in ſua pfectione ſaluet̃. ¶ Et illa nimiũ inquit. Hic pbia ex dictis reducit Boetiũ in cogitationẽ cuiuſdã qđ ſupra ſe ignorare cõfeſſus eſt.ſ.q̃s ſit finis oĩm rerum: ꝛ primo cõmendat dictũ Boe.dí.O alumne nimiũ leto: qꝛ tu fixiſti.í.attigiſti notã.í.cognitionem in mente medie veritatis.í.pfecte veritatis:q̃ eſt in medio.ſed hoc patuit tibi qđ dicebas te ignorare pauloante ſup.in primo li.vj.proſa.ꝛ querit Boe.quid inquã ſup.eſt illud?dicit pbia:q̃d ſit finis oĩm rerum.et ſubdit.is em̃ eſt finis oĩm rerũ quod deſiderat̃ ab oĩbus.qđ qꝛ bonũ eſſe colligimus vt prꝛ ex diffinitione boni:oportet vt fateat̃ bonũ eſſe finem oĩm rerum. ¶ Notandũ q̃ per notitiam medie veritatis intelligit notitiã diuinã.ſicut em̃ punctũ eſt mediũ circuli a quo omnes linee dicunt̃.ſic deus eſt mediũ veritatis a quo oĩs veritas ꝓcedit. ¶ Notandũ q̃ omnia appetunt fui finez cum finis ſit perfectio rei ꝛ res deſtituta ſuo fine fruſtratur;cũ igitur de ratione finis ſit eſſe bonũ;qꝛ auferentes finem auferunt

ſuntas ſepe amplectit̃ mortẽ quã natura reformidat.í.abhorret cogentib⁹ cauſis.ſ.extrinſecis.ſicut ꝓz de martyrib⁹.Sc̃o ꝓbat idẽ ex hoc q̃ volũtas q̃ñcꝫ cohibet operationẽ cõſeruatiuã eſſe ſpecifici.dí.Lõtra.í.ꝓ cõtrariũ illud opus gignẽdi quo ſolo durat diuturnitas.í.pmanẽtia rerũ mortaliũ qđ naturaliter appetit:interdũ exercet volũtas ſicut ꝓz in cõuenientib⁹.iõ hec charitas.í.appetit⁹ ſui ſup.pmanendi dí:nõ ꝓcedit ex aiali motione:ſz ex naturali intẽtione quã deꝰ indidit nature.Dedit em̃ ꝓuidẽtia diuina reb⁹ creatis a ſe hanc maximã cãm manẽdi:vt deſiderẽt pmanere naturaliter quoad.í. q̃diu poſſunt. Quare nihil eſt qđ vllo mõ queas.í.poſſis dubitare cũcta q̃ſunt naturaliter appetere cõſtãtiã permanendi ꝛ deuitare pniciem. Qđ Boe. cõcedens.dí. Cõfiteor inquã nũc me certum indubitato.í.ſine dubitatione q̃ dudũ incerta videbãt ſup.q̃ vegetabília ꝛ inaiata naturaliter appetũt permanẽtiã eſſendi. ¶ No.q̃ duplex ẽ appetitus.ſ. naturalis ꝛ aialis. Naturalis eſt q̃ cõſequit formã naturalẽ: ꝛ qꝛ prima ꝓfectio illius qđ habz formã naturalẽ eſt eſſe:iõ appetitus cuiuſlibet rei naturalis eſt ad ſuũ eſſe habendũ ſi careat:vel ad conſeruandũ ſi habeat. Appetitus autẽ aialis eſt qui conſequit formã apprehenſam ꝛ ſi eſt apprehẽſa ꝑ ſenſus: ſic eſt appetitus ſenſitiu⁹:q̃ ſemp tẽdit in cõueniẽtia nature.ſi aũt eſt forma appñẽſiua ꝑ itellectũ tũc inclinatio cõtinẽs ẽ appetit⁹ rõnalis qui eſt voluntas: ꝛ qꝛ illud qđ ſm ſe eſt diſcõueniens nature ſicut eſt morꝰ. illđ homo apprehendit q̃ñcꝫ tanq̃ cõueniẽs ꝓpter aliud ánexũ.ſ. ꝓpter premiũ eternę vite:iõ volũtas ſepe amplectit̃ mortẽ quã natura refutat. Ex quo ꝓz q̃ appetitus eſſendi nõ eſt primo et principaliter ex appetitu intellectiuo: ſed ex appetitu naturali:nã appetit⁹ intellectiu⁹ nõ inuenit̃ in oĩbus in quib⁹ inuenit̃ appetitus naturalis. ¶ Qđ aũt ſubſiſtere ꝛc. Hic pbia reſumpta maiore cõcludit intentũ dicẽs. Qđ aũt appetit ſubſiſtere ac pmanere:illud deſiderat eſſe vnuz:hoc enim ſublato nõ pmanebit cuicꝫ rei ſuuz eſſe. dicit Boe.verũ eſt. Cõcludit ergo pbia. Oĩa igitur eſſe deſiderãt.ꝛ Boe.cõſentit cõcludat diffinitionẽ boni dicens. Sz nos monſtrauim⁹ vnũ eſſe ip̃m qđ bonũ eſt.dí.Boe.Ita quidem.Tunc pbia cõcludit intentũ formando diffinitionẽ boni dí.Igit̃ cũcta bonũ petũt:qđ bonũ licet.í.licitũ eſt:vt deſcribas.Bonũ eſt qđ deſiderat̃ ab oĩb⁹:ꝛ dí.Bo.nihil verius cogitari põt:qꝛ vel ad nihilũ cũcta referunt̃:ꝛ deſtituta vno vtice.í.ꝑncipio cũcta fluitabũt ſine rectore:aut ſi q̃d eſt ad qđ vniuerſa feſtinẽt.illud erit ſummũ alioꝝ bonorũ. ¶ No.q̃ oĩe qđ eſt vel appetit pfici: vel in ſua pfectione ſaluari. Cũ igit̃ pfici ꝛ in pfectione ſaluari ſit bonũ:oĩa appetunt. ¶ Nota cũ dicitur oĩa appetunt bonũ: ibi nõ accipitur bonum precíſe pro bono naturali;ſed pro bono cõmuniter accepto:qđ bonũ cõmuniter acceptũ eſt eſſe eſſentiale vel accidentale cõueniens rei vt pficiat̃ vel in ſua pfectione ſaluet̃. ¶ Et illa nimiũ inquit. Hic pbia ex dictis reducit Boetiũ in cogitationẽ cuiuſdã qđ ſupra ſe ignorare cõfeſſus eſt.ſ.q̃s ſit finis oĩm rerum: ꝛ primo cõmendat dictũ Boe.dí.O alumne nimiũ leto: qꝛ tu fixiſti.í.attigiſti notã.í.cognitionem in mente medie veritatis.í.pfecte veritatis:q̃ eſt in medio.ſed hoc patuit tibi qđ dicebas te ignorare pauloante ſup.in primo li.vj.proſa.ꝛ querit Boe.quid inquã ſup.eſt illud?dicit pbia:q̃d ſit finis oĩm rerum.et ſubdit.is em̃ eſt finis oĩm rerũ quod deſiderat̃ ab oĩbus.qđ qꝛ bonũ eſſe colligimus vt prꝛ ex diffinitione boni:oportet vt fateat̃ bonũ eſſe finem oĩm rerum. ¶ Notandũ q̃ per notitiam medie veritatis intelligit notitiã diuinã.ſicut em̃ punctũ eſt mediũ circuli a quo omnes linee dicunt̃.ſic deus eſt mediũ veritatis a quo oĩs veritas ꝓcedit. ¶ Notandũ q̃ omnia appetunt fui finez cum finis ſit perfectio rei ꝛ res deſtituta ſuo fine fruſtratur;cũ igitur de ratione finis ſit eſſe bonũ;qꝛ auferentes finem auferunt

Appetitus duplex.

Bonũ.

ffinis.

naturam. ex secundo metaphi. ideo finis omniū rerum est bonum.

Assentio

Assentio. Estimo. Verba precij.

SEntio: inquā ⁊c. Marcus varro li. viij. ad Ciceronē de lingua latina. Sentio inquit nemo dicit: ⁊ id p se nihil est. assentio: tm fere oēs dicūt. Silenna. vnius assentio in senatu dicebat et eū postea multi secuti sunt nō tm vincere cōsuetudinē potuerūt: hec Gellius. Quanti estimadis estimo cōpositū est vt docet valla: ad es eris ⁊ time grece qđ est preciuz latine: ⁊ significat vt sit tarare ⁊ preciū eris aut alteri⁹ statuere. oia aūt verba ad preciū spectātia regūt abtm: preter quatuor grōs tāti quāti pluris ⁊ minoris cū eoz cōpositis ⁊ hoc qm tam simplicia q̄ copposita sine substātiuis ponunt. Nā cū substātiuo etiā in ablto poni volūt. Nō ergo exponeres sicut cōmētari⁹ supior. Quāti estimabis. i. quāti preciī? sed quāto precio. verū occurrit illa rīsio autoris dicētis infiniti sup. estimarem. pro qua oportet dicere plura cū his vbis in gto cōstrui. Aut corruptū esse tertū in quo scriptū erat infinito. Vident aūt ideo quidā infiniti velle legere: q: dicūt interrogatiuū ⁊ rīsiuum in eodē casu poni debent. qđ vniuersaliter verū nō est: sed tunc tm qm dictio regens regit oia vocabula in eodē casu: sz si in diuersis casib⁹ diuersa regat: oia que in eodem casu ponenda erant vt copulata p cōiunctionē copulatiua ⁊ interrogatiuū ponunt in diuersis casib⁹. Cuius rei exempla multa sunt. primū vt littere incise sunt in es ⁊ in auro. Nō dices in ere nec in aurū vt docet Valla. Secundū. tu accusaberis furti vel sacrilegij ⁊ nō vtroq̄. nō dices ⁊ nō vtriusq̄. Tertiū. vendā tribus solidis ⁊ nō pluris vel non minoris Quartū. liber est tuus ⁊ petri: ⁊ nō tui ⁊ petri sic interrogando: cuius est dom⁹? rīndebis mea: ⁊ quanti emisti? rīndebis tribus aureis: nō triū aureoz. Querenti igit quanti estimares potuit dicisse infinito: ⁊ nescio an ita dixerit. Sūt tamen q̄ pro autoritate inter recentiores, grāmaticos hūc locū adducāt ad pbandū nō solū iam dictos quattuor grōs cū verbis ad preciū spectāribus cōstrui. Qđ de his vbis estimo/facio/pendo/ ⁊ curo manifestū est. Nam dicim⁹ paruifacio paruipēdo paruicuro. Sed hec videāt grāmatici. Si quidē mihi ⁊c. Si quidē due sunt dictiones. Nā si vna esset dicerem nō cōtingat. sed contingeret. Arbores intuearis primū sibi cōuenientib⁹ innasci locis. Sic Vir. in geor. Nec vo terre fere oēs oia possunt ⁊c.

Ignis actiuitas

Ignis oēz refugit sectionē: nō q̄ secari aut diuidi nō posset: sed dicit q̄ refugit i. naturaliter recusat secari: ⁊ manifestius q̄ aqua aut aer. Nam illa possunt sic secari qđ partes maneāt immobiles vt patet de aqua aut aere stante: ⁊ plus in aqua q̄ in aere qui plus ad ignez accedit: sed ignis diuisus contineri nō potest quin reluctetur ⁊ vnionem sui petat sursum tendendo.

Scūs thomas

QVisquis profunda mente ⁊c. Istud est vndecimū metrū huius tertij qđ dicit gliconicum ab inuentore: iambicū a pede predominante in quo metro phia ostendit quō possum⁹ cognoscere bonū ⁊ verum ⁊ puenire ad cognitionem rerum ex quo Boe. prius cōfessus est se mō scire: qđ prius ignorabat. Primo ergo ostendit modū quo possumus deuenire in cognitionem veritatis. Scdo assignat causam eius ibi. Nō omne nāq̄. dicit primo. Quisquis vestigat. i. inuestigare vult verum pfundū mente. s. subtili: q̄ pro ⁊ ille nō cupit falli vllis deuijs. i. falsis opinionibus que faciūt a vero deuiare ille reuoluat in se. i. exercitet intra se lucez. i. speculationem intimi visus. i. rationis ⁊ intellectus interioris: ⁊ ipse cogat. i. reducat longos motus. i. operationes anime procedentes ab aia: inflectens eos motus in orbem. i. in circulū redeūdo ad animā: ⁊ quicquid animā doceat: molit. i. laborat speculando extra. i. circa res exteriores: ille doceat animū retrusum. i. ad se reuersum possidere suis thesauris. i. potentijs que sunt memoria ⁊ intellectus: ⁊ tunc illud qđ atra nubes. i. obscuritas ignorantie dudū texit. i. occultauit illud lucebit. i. apparebit pspicacius. i. euidentius ipso phebo. i. sole. q. d. longo tpe fuit obscurū: lucidū apparebit intellectui. ¶ Notandū q̄ qui vult cognoscere verū dirigat rationem ⁊ intellectū ad ipsam rem extra ⁊ ad rerū proprietates: ⁊ si aliquid cognoscit ex his nō statim iudicet: sed in se reuertatur deliberando an ita sit: vel nō sit: q: sepe videt bonū esse qđ non est: ⁊ nō esse quod est. sine em deliberatione nō est iudicandū qđ nō est longa deliberatiōe probatū: ideo dicit phia reuoluat in se lucem intimi visus. ¶ Notandū q̄ orbis est linea circūducta rediens ad idem: inflectere ergo ad longos motus in orbem est cum virtus anime ab anima vsq̄ ad ipsam rem diuertitur ⁊ ad animā reuertitur deliberando an ita sit vel non sit ꝑm quod cognouit. ¶ Non omne nāq̄ mente depulit lumen ⁊c. Hic philosophia assignat causam eius quod dictum est scilz quare possumus cognoscere verum di. Nam corpus inuehens. i. inducens obliuiosam molem. i. grauitatez qua homo fit obliuiosus: nō depulit omne lumen. i. cognitionem veritatis mente. i. de mente: q: habitus principioz manet in mente: ⁊ subdit pfecto. i. pro certo semen. i. principiū veri. i. veritatis: heret. i. manet intrinsecus. i. intrinsecus in aia qđ excitatur ventilante. i. exercente doctrina: q̄ aūt semen veri sit in anima probatur

Metrum undecimū tertii libri.

QVisquis pfunda mente uestigat uerū:
Cupitq; nullis ille deuiis falli:
In se reuoluat intimi lucem uisus:
Longosq; in orbem cogat inflectens motus:
Animūq; doceat quicquid extra molitur:
Suis retrusum possidere thesauris.
Dudum quod atra texit erroris nubes
Lucebit ipso perspicacius Phœbo.
Non omne namq; mente depulit lumen
Obliuiosam corpus inuehens molem:

per hoc q̄ puer ignarus q̄ñq̄ rēspōdet ad interrogata: vt vtrum qualitas sit numerus par vel impar. vñ dicit. Nam cur rogati. i. interrogati censetis. i. iudicatis vel respōdetis recta sponte. i. volūtarie: ni. i. nisi fomes. i. radix veritatis mersus. i. latens: viueret alto corde. i. p̄funda mēte: ⁊ subdit q̄ si musa. i. sapientia: Platonis p̄sonat verū. illud q̄d quisq̄ dicit recordat immemor. i. oblitus. ¶ No. q̄ platoni imponit q̄ voluerit alias oīa sciuisse anteq̄ cōiungerent corporibus: sed adiuncte corporib⁹ oīa tradidisse obliuioni: sed p̄ studiū ⁊ exercitium sapiētiam recuperasse. ergo voluit q̄ scire nō est aliud nisi quoddā antiquor⁹ reminisci: ad quā intentionez videt hic loqui p̄bia: sed non est dicendū q̄ scire fiat per reminiscentiā: sed scientia de nouo acq̄ritur p̄ intentionem vel doctrinā: verus est q̄ intellectus noster habz se in cognitionem p̄incipior⁹ p̄ que virtute intellectus agentis ⁊ per doctrinaz deuenit in cognitionē p̄incipiator⁹. vñ Vinconiensis. f. posterior⁹ dicens. Non solū vox doctoris exterius sonans: nec lr̄a visa docet: sed hec duo mouent ⁊ excitant docentem. sed ille verus doctor est qui mentem interius illuminat ⁊ veritatē ostendit. ¶ No tandū aūt q̄ sicut sanitas quādoq̄ causatur a p̄incipio intrinseco. s. a corde: quādoq̄ a p̄incipio interiori ⁊ exteriori. puta a medico ⁊ corde: sed nunq̄ causat a p̄incipio exteriori: sine interiori: sic scientia quandoq̄ acquiritur a p̄incipio interiori puta ab intellectu agente sicut patet in habentibus scientiā per intentionem: quādoq̄ accipitur ab interiori ⁊ exteriori simul: sicut a doctore ⁊ intellectu agente: nunq̄ autem acquiritur a p̄ncipio exteriori sine interiori. Scientia.

Hæret profecto semen introrsum ueri:
Quod excitatur uentilante doctrina:
Nam cur rogati sponte recta censetis/
Ni mersus alto uiueret fomes corde?
Quod si Platonis musa personat uerum:
Quod quisq̄ discit immemor recordatur.

Quisquis p̄funda ⁊c. Carmē monocolon est. ⁊ potiꝰ archilochiū iambicū trimetrū acatale cticū q̄ gliconicū censendū: habet tñ varios pedes vt patet metienti. Q̄d si platonis musa. i. diuina inuentio ⁊ benedicendi copia p̄sonat verum. Non dicit verū esse quod platonē dixisse etiam Aristo. asserit: q̄ vestrū videlicet addiscere nō esset nisi quoddam reminisci: sed si verum inquit personat musa. q. d. poeticum imitat ad aliud intelligendum per hoc: licentiose dictum. Et ita philosophia nō accedit opinioni: nisi quātum ad hoc q̄ anima rationalis habeat in se quedam p̄incipia sciend: que ad scientiam in actu tanq̄ a p̄ius notis in p̄incipijs ad nota iam actu veniat. Nihil hic obscurum est. Ascēsus.

¶ Prosa duodecima libri tertii. Boe. Sanctus thomas.

TVm ego Platoni inquā uehementer assentior: nam me horum iam secundo cōmemoras. Primū q̄ memoriam corporea contagione de hinc cū mœroris mole pressus amisi. Philo. Tum illa priora inquit concessa respicias: ne illud quidem lōgius abierit quin recorderis quod te dudum nescire cōfessus es. Boe. Quid inquam? Phi. Quibus ait illa gubernaculis mundus regatur. Boet. Memini inquam me insciti am meam fuisse cōfessum. Sed quid asseras licet prospiciam planius tamē ex te audire desidero. Philosophia.

TVm ego platoni inquā. Ista est duodecima p̄sa ⁊ vltima huius tertij: in qua philosophia reducit Boetium in cognitionem alterius: cuius ignorantiam p̄ius confessus est. s. quibus gubernaculis mūdus regatur. p̄imo facit hoc. secundo boetius mouet quādam questionem philosophi. secūda ibi. Audis ne me. p̄imo ostendit philosophia q̄ deus oīa gubernat sua bonitate. Secūdo oñdit modū quo omnia gubernat: ibi. Sed quod dicā. tertio ex his ꝯcludit malū nihil ee: ibi. Sz vis ne. p̄mo Boetius assentit dictis Platonis i metro et ostēdit philosophia ipsum posse deduci in cognitionē cuiusdā cuius ignorātiam confessus est. Secundo philosophia reducit ipsum in cognitionem illius. secūda ibi. Mundus hunc. Primo dicit. Tum p̄o tunc ego Boe. inquam vehementer assentior. i. consentio Platoni. nam me o philophia horum. s. q̄ deus sit finis omnium rerū ⁊ summū: secūdo commemoras. i. recordari facis. p̄imum q̄ amisi memoriam. id est quod erat in memoria corporea contagione. id est corporis grauedine. de hinc. id est secundo commemoro bonum cum amisi memoriam p̄essus mole. id est pondere meroris. tunc philosophia ostendit q̄ non tm̄ horum recordabitur p̄opter dicta: sed cuiusdam alterius quod ignorare se dicebat dicens. si illa priora ꝯcessa respicias non abierit longius. s. ea memoria tua quin facile recorderis quod dudum cōfessus es te nescire id est ignorare i li. j. ⁊ querit Boe. quid inquā? di. p̄bia. Quib⁹ gubernaculis regat mūdus. ⁊ di. Boe. mem ini inquā me fuisse cōfessum insciti ā. i. ignorātiā meā: ⁊ sz iā p̄spiciā. i. cognoscā tm̄ desidero p̄us audire ex te q̄d asseras. i. quid de hoc dicas. ¶ No. q̄ Boe. dicit se secūdo cōmemorare p̄dictor⁹ q̄ deꝰ sit finis rerū; ⁊ q̄ sit summū bonū p̄imo postq̄ mole corporis oppressus est amisit memoriā eorum; ⁊ post

trii libertas. Neq; em̃ uel factũ aliud nullũ: uel q̃li bet exiſtere poterit uolũtas: niſi quã nefcia falli ꝓ uidẽtia diuina præſenſerit. Nã ſi aliorſum q̃ ꝓui/ ſa ſunt detorq̃ri ualẽt: nõ iã erit futurũ firma præ ſciẽtia: ſed opinio potiꝰ incerta: qđ de deo crede/ re nefas iudico. ¶ Neq; em̃ illã ꝓbo rõnẽ: qua ſe quidã credũt hũc quæſtõis nodũ poſſe diſſoluere. A iũt em̃ non ideo quid eſſe euẽturũ: qm̃ id ꝓuidẽ tia futurũ eſſe proſpexit: ſed ecõtrario potius. qm̃ quod futurũ eſt: id diuinã prouidẽtiã latere non poſſit: eoq; mõ neceſſariũ eſt hoc in cõtrariã relabi partẽ. Neq; em̃ neceſſe eſt cõtingere q̃ ꝓuidẽt: ſed neceſſe eſt q̃ futura ſunt ꝓuideri. ¶ Quaſi uero q̃ cuiuſq; rei cã ſit p̃ſciẽtia: ne futurorũ neceſſitas ſit an futuroꝝ neceſſitas cã ꝓuidẽtiæ laboret? ac nõ il lud demonſtrare nitamur quoq; mõ ſe habeat or/ do cãrũ: neceſſariũ eẽ euẽtũ præſcitarũ rerũ: etiã ſi præſciẽtia futuris rebꝰ eueniẽdi neceſſitatẽ nõ ui/ deatur iferre: etenim ſi quiſpiã ſedeat opinionẽ q̃ eum ſedere cõiectat uerã eſſe neceſſe eſt: atq; ecõuer ſo rurſus ſi de quopiã uera ſit opinio qm̃ ſedet eũ ſedere neceſſe eſt. In utroq; igitur neceſſitas ieſt. In hoc qdẽ ſedẽdi: at uero in altero ueritatis. Sed nõ iccirco qſq; ſedet qm̃ uera eſt opinio: ſed hæc potiꝰ uera ẽ qm̃ quẽpiã ſedere p̃ceſſit. Ita cũ cã ueritatis ex altera parte ꝓcedat ineſt tñ cõis i utraq; neceſſi/ tas. Silia de ꝓuidẽtia futuriſq; rebꝰ rõcinari patet.

prouiſa ſunt. nã ſi valẽt deo: queri alio: ſum. ſ. vt aliter eueniãt q̃ p̃uiſa ſunt nõ erit iam firma præſciẽtia dei: ſed potiꝰ erit incerta opinio. qđ iudico nefas credere de deo. ¶ No. q̃ ex lr̃a ſic formak ratio. Illa q̃ prouidẽtur infallibiliter de neceſſitate eueniũt: ſed oia ꝓuident a deo infallibiliter: ergo oia de neceſſi/ tate eueniũt: ⁊ ſic perit libertas arbitrij. ¶ Nota q̃ ſciẽtia dei non eſt opinio: q: opinio eſt eorũ q̃ ſic et aliter ſe poſſunt habere. ex primo poſteriorũ. Sciẽtia aũt dei eſt eorũ q̃ nõ poſſunt ſe aliter habere: ergo ſciẽtia dei nõ eſt dicẽda opinio. ¶ Neq; em̃ illam probo rationẽ. Hic pbia excludit quandã reſpõſionẽ q̃ poſſet dari ad predictã rationẽ. ⁊ prio ponit eam. ſcõo eã excludit ibi. Quaſi vo. Prio di. Neq; em̃ ꝓbo. i. approbo illã rõnẽ. i. eſt rñſio/ nẽ qua quidam credũt poſſe diſſoluere nodũ. i. difficultatẽ queſtiõis. Aiũt em̃ nõ ideo quid venturũ qm̃ prouidẽtia ꝓ ſpexerit illud eſſe futurũ. ſed venturum potius ecõtrario. i. ecõuerſo qm̃ qđ futu rũ eſt illud nõ poſſe latere ꝓuidentiã di uinã. q. d. euentus rei eſt cauſa p̃ſcientie ⁊ nõ ecõuerſo: ⁊ ideo ex euẽtu debet con cludi neceſſitas præſciẽtie nõ econuerſo ſm eos: ⁊ iſto modo neceſſarium eſt hoc qđ cõcludit de euẽtu relabi in cõtrariam partẽ. ſ. vt qđ cõcludit de euẽtu hoc ꝯclu datur de preſcientia. Neq; em̃ neceſſe eſt cõtingere que prouideãtur ſm eos: ſed ea que futura ſunt neceſſe eſt prouideri. ¶ Notandum q̃ prio: ratio prætẽdebat q̃ omnia futura de neceſſitate eueniũt: quia deus futura infallibiliter preuidet reſponſio autem quorundam dicit con/ trarium. Dicit em̃ nõ ideo quia deus pre uidet futura neceſſario eueniunt: ſed q: futura ſunt ideo de⁹ ea p̃uidet. ¶ Qua/ ſi vo que cuiuſq; rei cauſa ſit preſciẽtia. Hic excludit iſtã reſponſionẽ di. iſta re/ ſponſio ꝓcedit quaſi laborarek queren do cuiꝰ rei cã ſit preſciẽtia: vtrũ ſit cauſa neceſſitatis futuroꝝ vel vtrũ neceſſitas futuroꝝ ſit cauſa prouidẽtie: ſed nos ni/ tamur. i. laboramus hoc demõſtrare. ſ. neceſſariũ eſſe: euẽtũ rerũ p̃ſcitarũ quo/ quo mõ. i. quocunq; mõ ſe habeat ordo cauſarũ. Etſi ꝓ q̃uis p̃ſciẽtia nõ videak inferre neceſſitatẽ eueniẽdi rebꝰ futuris qđ declarat exẽplo: di. Si aliquis ſedeat neceſſe eſt opinionẽ eſſe veram que cõie ctat eum ſedere: et econuerſo. ſi de ali/ quo vera ſit opinio: quia ſedet: neceſſe eſt eum ſedere igitur in vtroq;: ſcilicet in opinione et ſedente eſt neceſſitas in hoc eſt neceſſitas veritatis: ſed non iccirco quiſq; ſedet ſup. caſualiter: quoniaꝫ vera eſt opinio: quia veri/ tas opinionis non eſt cauſa ſeſſionis: ſed hec ſcꝫ opinio potius eſt vera: quoniã preceſſit quẽpiaꝫ id eſt aliquem ſedere. et ita cum cauſa veritatis ex altera parte precedit: tamen in vtroq; eſt cõmunis neceſſi tas. ⁊ eodem modo contingit arguere de prouidentia ⁊ de his que prouidẽtur. Unde dicit patet id eſt manifeſtum eſt ratiocinari de prouidentia et de rebus futuris. Nam ⁊ ſi prio q̃uis iccirco prouidẽtur: quoniã futura ſunt: non tamen ideo eueniunt: quoniaꝫ prouidentur nihilominus tamen neceſſe eſt a deo vel ventura prouideri vel prouiſa euenire. ita q̃ vtriq; parti ineſt neceſſitas: q̃uis alteri caſualitas quod ſolum ſatis eſt. i. ſufficit ad perimendã libertatem arbitrij. ¶ Notandũ q̃ reſponſio iſta quã in/ nuit in littera videtur fuiſſe ipſius Origenis qui ſupra epiſtolaꝫ ad romanos ſic dicit. Non propterea aliquid erit: quia illud deus ſcit futurum ſed quia futurum eſt: ideo ſcitur a deo anteq̃ fiat: quod tamẽ poteſt intelligi dupliciter. Uno modo q̃ euentus rei ſit cauſa preſcientie ſm rationẽ conſequẽtie. et ſic reſponſio eſt vera. Alio modo põt intelligi q̃ euẽtus rei ſit cauſa preſciẽtie ſm exiſtentiã: et ſic eſt falſa:

et hoc mō improbat hic a Boe. Primo ergo ostēdit Boe. ꝙ ista rnsio nō est ad ꝓpositū. Scdo ostēdit ꝙ includit veritatē: ibi. ¶ Jā vero ꝙ ꝓposterū est. Hic pbia ondit ꝙ ista rnsio includit falsitatē. q; ponit ꝙ aliqđ tpale sit cā eterni. dicūt em ꝙ res future sint cā puisiōis eterne. vñ dicit. Jā vero preposterū. i. peruersum: vt euētus rerū tpaliū dicat esse cā eterne pscientie. qđ dicitur in ista respōsione. Vñ subdit. Quid est aliud arbitrari deū ideo ꝓuidere, futura qm̄ sunt euētura: ꝙputare q̄ olim acciderūt. i. ipsa futura esse causaz summe ꝓuidētie: q. d. nihil est aliud dicere. ¶ No. ꝙ nullū tē porale est cā eterni: sz poni⁹ecōuerso. Indigniꝰ em̄ nō est cā digniozis: eo ꝙ cā digniozis est effectu. tpale autez est indignius eterno: sicut corruptibile incorruptibili ergo ꝛc. ¶ Ad hec sicuti cū qđ. Hic ponit scdam rnsionē ad ꝓbandū scdam cōclusionē dicens. Ad hec supple predicta addēda est hec rō: sicuti cū scio esse qđ. i. aliqđ necesse est ipm esse. ita cū noui qđ futuruz necesse est idipm esse futurū: sic igit fit. i. cōtingit: vt euentus rei prescite nequeat euitari. ¶ Notādū ꝙ rō sic pōt formari. Sicut se hz sciētia respectu scibilis psentis: sic psciētia respectu effectꝰ futuri: sed cū scio in pnti aliqđ eē: necesse est ipm eē: g̃ cū pscitur aliqđ futurū eē: necesse est ipm esse: sed deꝰ pscit oia futura: g̃ necessario eueniūt. ꝛ sic iterum tollit libertas arbitrij. ¶ Postremo si qđ. aliqs. Hic ponit tertiā rōnē ad idem dicens. Si qs existimet aliqđ esse aliozsum. i. aliter ꝙ res se habeat: illud non mō. i. nō tm̄: nō est scia: sz est fallax opinio lōge diuersa a veritate scie. Quare si aliqđ ita futurū est: vt eiꝰ euētus non sit certꝰ ꝛ necessariꝰ: quō illud poterit pscirī euēturū: q. d. nullo mō. Cuius rationē assignat dicens. Sicut ipa scia est ipermixta falsitati. sic illud qđ ꝓcipitur ab ea nō pōt aliter esse ꝙ concipitur: qz si posset aliter se habere tūc sciētia posset esse falsa. Unde subdit. ista est causa quare scia careat mendacio: qz necesse est vnāquāq; rem ita se habere: sicut scientia cōprehendit eam se hr̄e. ¶ Notādum ꝙ ratio quā intendit est ista. Quicūq; estimat rem aliter esse ꝙ est. eiꝰ estimatio est falsa ꝛ nō est sciētia: sed fallax opinio: ergo si deus ꝓscit aliqđ futurū esse: ꝛ si ipm non necessario euenit sicut ꝓscíuit: ꝓscīētia dei nō erit scientia: sz fallax opinio: ergo futura a deo ꝓuisa

Nā etiā si iccirco qm̄ futura sunt, puidētur: nō uero ideo qm̄ puident eueniūt, nihilominꝰ tm̄ a deo uel uētura, puideri uel, puisa euenire necesse ē. qđ ad perimendā arbitrii libertatē solū satis est. ¶ Jā uero q̄ præposterū est ut æternæ pscīētiæ tpaliū rerum euētus cā esse dicat. Quid est autē aliud arbitrari, ideo deū futura qm̄ sunt euētura, puidere q̄ putare q̄ olim acciderūt cām summæ illiꝰ esse, puidentiæ? ¶ Ad hæc sicuti cū qđ esse scio ipm esse necesse ē, ita cū qđ futurū noui idipm futurū eē necesse est. sic fit igit ut euētus pscitæ rei neq̄at euitari. ¶ Postremo si qđ aliqs aliorsum q̄ sese res habet existimet, id nō mō scia nō est, sed est opinio fallax a sciæ ueritate lōge diuersa. Quare siqđ ita futurū est, ut eius certus ac necessarius non sit euentus, id euēturum esse pscīri quomō poterit, sicut enim scia ipsa impmixta est falsitati, ita id qđ ab ea cōcipit eē aliter q̄ cōcipit neqt. Ea nāq; cā est, cur mēdacio sciētia careat q̄ se ita rem quāq; hr̄e necesse est, uti eā sese hr̄e scia cōprehendit. ¶ Quidnā igitur? Quonā modo deus hæc incerta futura prænoscit? Nā si ineuitabiliter uētura cēset, q̄ etiā non euenire possibile est: fallitur. qđ sentire non modo nefas est sed etiam uoce proferre. At si ita uti sunt, ita ea futura esse decernit, ut æque uel fieri ea uel nō fieri posse cognoscat: q̄ est hec præsciētia: quæ nihil certum nihil stabile cōprehēdit: aut quid hoc refert uaticinio illo ridiculoso Tiresiæ: quicqđ dicā aut

ꝓbat modos quib⁹ aliqui conabantur ipsam saluare. ¶ Secundo ponit tertiū modum similiter ipsum improbando. secunda ibi. Qđ si apud. Primo dicit. Quid igitur sup. dicemus? Quonāmodo dici potest ꝙ deus prenoscat hec futura incerta. Primus modus est vt dicat deum ea que prouidet iudicare infallibiliter q̄uis possunt, nō euenire: sed id inconueniens est: qz tunc falleretur sua puidentia. Unde di. Nam si deus censet. i. iudicat euenire infallibiliter que etiā possibile est non euenire: fallitur sup. deus qđ nō modo. i. nō tantū nefas est sentire de deo: sz etiā nefas est voce proferre. Secundus modus est vt dicatur deum prouidere futura indeterminate: sicut futura sunt: sed isto modo prouidentia dei non est certa. vnde di. At. i. sed si deus decernit ista futura esse: preuidentur indeterminate sicut sunt: vt. s. cognoscat ea eque. i. equaliter posse fieri vel nō fieri: que est ista prescientia que nihil certum: nihil stabile comprehendit: q. d. talis prouidentia nulla est. ꝛ quid hec prescientia differt ab illo vaticinio ridiculoso Tiresie qui dicebat, quicquid dicam hoc erit vel non erit? Quo etiam. i. in quo diuina prouidentia

necessario euen. ūt: ꝛ sic perit liberū arbitriū. ¶ Quid igitur. Hic pbia improbat modos quib⁹ aliquinituntur saluare puidentiaz. Et primo querit quō possit saluari puidentia diuina improbando duos

p̄ſſiterit.i.p̄ualebit h̨umana opínione:ſi iudícat íncerta: ſicut h̨oíes ea quo᷒ euent⁹ eſt ícertus:q̄ſi dícat ín nullo díffert. ¶ Notádum q᷑ cuz Tíreſias vídíſſet duos ſerpētes ſimul coíre ꝑiecto baculo ípſos ſeparauít abínuícē:ꝑmutat⁹fuít ín mulierē:poſt ſeptēníū íterū ſerpētes coeūtes baculo ſepara uít.ꝛ mutatus fuít ín vírū.Cū aūt o᷒ta fuíſſet díſſentío íter ıouē ꝛ íunonē an maío᷒ eſſet delectatío ín coítu víríq᷑ mulíerís electus fuít Tíreſias ín íudícē:q̄ exp̄tus erat ſo᷒tē vtruſq᷑ ſexus.Cū aūt díceret maío᷒ē eſſe delectatíonē mulíerís: Ju/no cōmota excecauít ípm. Juppíter au tem ſuí míſert⁹ ín recōpenſam amíſſi ví ſus dedít fíbí ſpíritū vatícínádí.Sfuít au tē h̨ec ſua vatícínatío quícq̄d dícá erít vel non erít.Sí g̨ deus nō alíter p̄ſcíret futura índetermínata níſi q᷒ erunt vel nō erūt:nō dífferret ſua p̄ſcíētía a p̄ſcíē tía Tíreſie.qđ eſt rídículoſuz. ¶ Đđ ſi apud íllū. Híc ponít tertíū modū conā tíū ſaluare ꝓuídētíá. Et eſt vt ponam⁹ oía euenírе de neceſſítate: et auferam⁹ líberū arbítríū. P᷒ímo g̨ mō ponít íſtū modū. Scđo oſtēdít q̄ íncōueníētía ſe/quátur ad ípm:íbí.Quo ſemel. P᷒ímo ergo ꝯcludít íſtū modū dí.q᷑ ſi apđ íllū certíſſímū fontē oím rerū níh̨íl pōt eſſe íncertū:certus eſt euent⁹eo᷒ū q̄ ípſe fír míter p̄ſcíuerít futura:q̄re nulla erít lí/bertas h̨umanís cōſílíjs: et actionibus quas díuína mēs ſíne erro᷒e falſítatís cuncta ꝓſpícíēs alligat et cōſtríngít ad vnū euentū. ¶ Nota q᷑ nulla mutatío cadít circa fontez oím rerū:q᷒ cognítío eí⁹ nō pōt eſſe ícerta:etíá ſi eſſet íncerta eſſet ímp̄fecta nec díuína:ſi ergo eſt cer ta reſpectu futuro᷒:neceſſe eſt vt oía p̄ ſcíta a deo neceſſarío eueníát. ¶ Quo ſemel recepto. Híc ponít íncōueníētía q̄ ſequūtur ſi auferat líberū arbítríū. Et p᷒ímo oſtēdít q̄ íncōueníētía ſequūtur ex parte h̨oím. Scđo que ex parte dei. Tertío q̄ ex parte cōíunctíonís ad deū ſcđa íbí. Quo níh̨íl. tertía:íbí. Jgít ne ſperādí. Jncōueníētía ex pte h̨oím ſunt.ſi nō ſít líberū arbítríū fruſtra ꝓponūtur h̨oíb⁹ pene vel p̄míá ꝛ íníuſte puníunt malí ꝛ p᷒emíant boní:nec erūt vítía nec v̄tutes h̨oíbus: ſícut nec ín alíjs q̄ agunt ne ceſſítate nature:ꝛ nō líbertate anímí.vñ dí.Quo ſemel recepto.í.poſíto.ſ.vt negetur líberū arbítríū lí/quet.í.manífeſtū eſt:quát⁹occaſus.í.quáta deſtructío h̨umanarū rerū cōſequat. Sfruſtra em̄ ꝓponent bonís p̄míа ꝛ malís pene:íta ſtatuta ꝛ leges h̨ūane erūt ínutíles q̄ penas ꝛ p̄míа ſtatuūt:q̄ null⁹mo᷒ aío᷒ líber ac volūtarí⁹meruít.Et íllud vídebít ínı q̄ſſímū oím qđ nūc íudícat eq̄ſſímū.ſ.puníri ímp᷒o/bos ꝛ remunerarí bonos q̄s ad alterutrū.í.ad ꝓbítatē vł ip᷒obítatē nō míttít ꝓꝑa volūtas ſz cogít cer ta neceſſítas futurí:ígít v̄tutes ꝛ vítía nō fuerūt q̄ícq̄:ſz poti⁹erít míxta:ꝛ índíſcreta cōfuſío oím me/rito᷒.ſ.bono᷒ ꝛ malo᷒.¶ No.q᷑ oēs v̄tutes ꝛ vítía o᷒íunt ex líbera electíone boní ꝛ malí. fíliter puní tío ꝛ remuneratío fiūt ꝓpter líberā actionē boní vel malí.Sí g̨ tollít líbertas arbítríj nō erít líbera ele ctío:nec níſi líbera actío bona vel mala eſt:ꝛ p ꝯns nulla erít vírt⁹:nullū vítiū:ꝛ íníuſte malus puníet: cū ex neceſſítate malū operet:ꝛ íníuſte bonus p̄míabít:cū ex neceſſítate operet bonū qđ eſt abſurduz dícere.¶ Quo níh̨íl ſceleratí⁹.Híc oſtēdít ínconueníēs qđ ſequít ex pte dei.ſ.qđ de⁹ erít auto᷒ malo᷒uz. vñ dí.Cū oís o᷒do rerū ducat ex ꝓuídentía díuína:et ſi níh̨íl líceat h̨abere fieri ex h̨umanís conſílíjs: fit.í.ſequít vt vítía noſtra referātur ín auto᷒ē oím.ſ.deū:quo níh̨íl ſcelerati⁹ excogítarí pōt q̄.ſ. deū dí/cere auto᷒ē malo᷒.qđ tm̄ neceſſaríū eſt ablata líbertate.¶ Notādū q᷑ defect⁹ín opatíone q̄ defectus nō eſt ín poteſtate reí vt euítet:neceſſarío eſt ab agēte ꝛ a ꝓducēte:ſi ergo actío voluntatís noſtre nō eſt líbera:defect⁹actíonís fm volūtatē reducet ín deū:ꝛ ſic de⁹erít cauſans defectū noſtrū qđ eſt abſurduz. ¶ Jgítur nec ſperādí alíquíd.Híc ponít íncōueníētía que ſequūtur ex cōíunctíone h̨oís ad deū:quía tolleret actus depᷣecādí ꝛ actus ſperādí quíb⁹ maxíme cōíungunt deo.vñ dí.Jgítur ſi tollítur líberuz arbítríū:nec vlla ratío eſt ſperādí alíq̄d nec depᷣecādí ínter deū ꝛ h̨oíes. Quíd em̄ quíſq᷑ depᷣecet vel ſperet:ſi ſeríes índeflexa cōnectít oía optāda:q.d.fruſtra fieret.Vtrū᷑ ígítur aufertur íllud vnícū cō/mercíum:ſcz ſperandí ꝛ depᷣecādí ínter deū ꝛ h̨omines.vocat autem ſpem ꝛ depᷣecatíonē cōmercíū:

indeflexa series cõnectit? Auferet igit unicũ illd in ter homes deũq; cõmerciũ; sperãdi sz & depcãdi: siq/ dẽ iustæ hũilitatis pcio iestimabilẽ uicẽ diuiæ gre pmeremur. q solus modus est: quo cũ deo colloq homines posse uideant: illiq; inaccessæ luci prius quoq; q impetrẽt; ipsa supplicandi rõne cõiungi quæ si recepta futurorũ necessitate nihil uirium habere credant: qd erit quo summo illi rerũ prici pi cõnecti atq; adhærere possimus? Quare necesse erit humanũ genus uti pauloante cantabas disse/ptum & disiunctum suo fonte fatiscere.

quia illis mercamur oia bñficia. vñ subdit si quidẽ pcio iuste humilitatis nos homes pmeremur inestimabilẽ vicẽ. i. retributionẽ diuine gre: q̃ mod⁹ deprecãdi sol⁹ est q̃ homes videant posse alloq̃ cũ deo et ꝑiungi inaccessibili luci. s. deo ꝑ quẽ homes ipetrẽt qđ petũt: prius em̃ pces porrigim⁹ q̃ effectũ nre petitionis ꝓsequamur: q̃ spes ⁊ depcatio si nihil credant hre viriũ recepta. i. ꝓcessa necessitate futuroꝝ: qđ erit q̃ ꝓnecti. i. ꝓiungi atq; adhereri possem⁹ illi sumo pncipi rerũ? q. d. nihil quare necesse erit gen⁹ humanũ dissiptũ. i. dissipatũ atq; disiũctũ a suo fonte. i. a suo pncipio sup. a deo fatiscere. i. deficere vti pauloante cãtabas in. vj. metro. iij. libri. ¶ No. q actꝰ depcãdi spectat ad itellectũ: ⁊ ẽ oro hm Joã nẽ dam. ascensus itellect⁹ ad deũ vel in deũ. quo q̃dã actu insinuam⁹ deo indigẽtiã nram. nõ q deo ꝑ insinuationẽ nram aliq̃d inotescat' qđ pri⁹ ignorauerit: sz vt nos ipsa insinuatiõe vtendo ꝓsideream⁹ in his eẽ recurrẽdũ ad diuinũ auxilium. Actus aũt sperãdi ptinet ad volũtatẽ q: ei⁹ obiectũ est bonũ futurũ: pstũ actũ adherem⁹ deo tãq̃ pfecto pncipio bonitatis nitẽtes ei⁹ auxilio ad cõsequẽdũ bonuz quo idigem⁹: sz si hmõi bonũ necessario eueniret vel ipossibile eẽt euenire: vterq; actꝰ tã depcãdi q̃ sperandi esset iutilis.

Asceti⁹.

¶ Vim ego an inq̃ ⁊c. En ⁊ ecce tũc dicunt qñ inopinate: ⁊ pter solitũ aliq̃d obuenisse narrat sicut ibi. Ecce vgo ꝓcipiet ⁊ pariet filiũ. Diuinã ꝑuidentiã latere nõ posse. Lateo actiue sumit significatq; fere qđ fugito vt nesciar. vñ. s. enei. Nec latuere doli fratrẽ Junonis. ¶ Repit etiã cũ dtõ vt tu mihi cã lates. i. occult⁹ es ⁊ abscõderis mihi. Quasi vo ⁊c. Illud qđ sequit: ac nõ illud demõstrare nitamur. ꝑ quo i glosa ponit. sz nos nitamur dz sic ordiari. Quasi vo laborẽt. i. i acq̃rẽdo labor fiat q̃ fit cã cuiuslꝯ. i. cuiuslibet rei. i. ne ꝑ an: an. s. pscia sup. dei fit necessitas futuroꝝ. i. fit cã necessaria vt futura fiãt: an necessitas futuroꝝ fit cã ꝑuidẽtie. i. quare de⁹ de his habeat certã ꝑuidẽtiã ac ꝑ et: ⁊ quasi sup. nõ nitamur. i. nõ conemur ⁊ studeam⁹ demõstrare euẽtũ rerũ pscitaꝝ a deo sup. esse necessariũ sup. quoquo. i. quocũꝯ mõ: ordo cãrũ se habeat. i. siue res sit cã pscie: siue prescia cã rei. Hic aĩaduerte duo. primũ q̃ hec particula quasi vo: tũc poni solet qñ ꝑ ironiã loquimur: ⁊ significam⁹ non esse vt a q̃busdã credit: nec dz quasi aũt: nec aut neq; aũt: tã frequẽter ⁊ decẽter hm vllã sicut q̃si vo neq; vero. Scõm ex Prisciano. quotiẽs dictiões relatiue aut infinite ⁊ eis equiualẽtes geminant: possum⁹ posteriorẽ partẽ mutare i cũq; vt q̃lisqualis q̃liscũq; vtutvtcũq; vbiubivbicũq; quotq̃t quotcũq;: q: tñ li cunq; non iungit cũ quis ⁊ q̃d: sz cũ q̃ ⁊ qđ nõ resolues q̃squis in q̃scũq;: sz in quicũq; ⁊ quicq̃d non in quicũq;: sz in quodcũq;. ¶ Jaz vo q̃ prepostorũ ⁊c. q̃. i. q̃tũ prepostorũ. i. in ordine ꝑsum: quũ illud preponit qđ postponi debeat. aut ecõuerso prepostorũ dicim⁹. Sane meminisse debes lector oia verba hui⁹ prose sequẽtia ⁊ etiã sequẽtis carminis attribui Boe. nõ ergo dices cũ cõmẽtario supiore. Hic pbia ostẽdit. sz hic Bo. ostẽdit. ¶ Ad hec dixi poti⁹ legendũ esse ad hoc. i. preterea qđ frequẽter reperitur. require ꝑ tabulã vbi dictũ sit. ¶ Quid igitur ⁊c. Adhuc sunt vba Boe. nõ pbie. aut quid hec refert. i. distat: interest: a suo vaticinio tiresie. Preterea q̃ iam de tiresia vidisti: adde deũ vatez thebanũ fuisse ⁊ multa etiã post mortẽ hm homerũ vlixi predixisse apud inferos. vñ etiaz Hora. lib. ij. sermonũ. Hoc quoq; tiresia preter narrata petẽti Rñde. Et q: cecus effect⁹ erat dicit Juuena. Nec surdũ nec tiresiam quẽq̃ esse deorũ. Q2 autẽ in feminã mutat⁹ sit: sz fabulosum putat: Plinius tñ in septimo naturalis histozie fieri potuisse ostẽdit: docẽs re vera sexũ nõnullos mutasse. De vaticinio autẽ in textu posito dicitur q̃ iussus oraculũ certũ enunciare dixerit hoc pro oraculo certo habere: q̃ quicquid dixero aut dicturus sum aut erit aut non erit: quasi veritas eius dicti ex futuro dependeat cum iam necessaria sit. Unde merito ridiculũ dicit si aliud non pretẽderit. ¶ Humana opinione prestiterit. vide si non potius legendũ est humane opinioni. Nam terẽtius in eunucho ita locutus est. homo quid homini prestat. Et nõ dubito si hoc loco dixisset quid etiã diuina ꝑuidẽtia quin addidisset humane opinioni. non humana opinione pstiterit. Cõstruit autẽ multis modis hoc verbũ. aliq̃n em̃ significat cũ prestãtia et eminẽtia exhibere: ⁊ sic actm̃ regit vt apud Virg. Job animis cõtra: vel magnũ pstat achillẽ. aliq̃n significat fere idẽ addito dtõ cui fit prelatio vt in dicto exẽplo hõ quid hoi prestat. aliq̃n absolute quasi impsonaliter ponit. vt pstat trinacrie metas lustrare pachini. i. melius ⁊ eligibilius est. Series indeflexa. i. q̃ nũq; fuit flexa vel poti⁹ iflexibilis. Nã sepe pticipia pteriti tpis ponunt loco vbaliũ in bilis q̃ aptitudinẽ sonãt vt apud virg. aut illaudati nescit bustiridis aras. Illaudati. i. illaudabilis hm Ser. Et ibi hoc est. vij. Enei. Diues inaccessos vbi solis filia lucos: inaccessos lucos dicit nõ quos nemo accessit: sed inaccessibiles. i. quos nemo debeat accedere. Satiscere est affatim. i. abunde hiscere. ficut. j. Eneiđ. Omnes accipiũt inimicũ imbrem rimisq; fatiscũt. Dissiptum venit a dis ⁊ sepio ⁊ est qđ sepẽ amisit. i. cõpagem. Uti pauloante cantabas. Et hoc patent verba hec ex persona Boe. dicta.

QUenā díſcors federa rerū. Hic íncípit tertiū metrū huíꝰ quínti qđ dr adonícū vel ſm alíos archílochíū ab ínuētore: dactílicū a pede prædomínāte. vñ facit exclamationē ſup íncōpoſſibílitate q̄ apparet ínter ꝓuidentiā ⁊ liberū arbítríū. Et ꝓmo quare ſint íncōpoſſibília cū ꝓ ſe cōſiderata ſint poſſ. bília. Scđo ponit rñſionem ad hoc. Tertio cōtra rñſionez obíjcit. quarto obiectionem ſoluit: ſcđa ibí. An nulla. tertia ibí. Sed cur tanto. quarta ibí. An cū mentez. Primo dicit.

Quenā díſcors cā reſoluit. í. ſepat fedéra. í. cōcordias rerū. ſ. ꝓuidentie díuíne ⁊ líberí arbítrij: ne cōpatiant̄ ſe ſimul: aut quis deus tanta bella ſtatuit duobꝰ verís ⁊ ſíngula vera: q̄ carptím. í. ſíngulatím vel díuíſím accepta cōſtant. í. permanent eadem: tamen míxta. í. cōíuncta noluit iugarí. í. copulari ſe ínuícē cōpatiendo? Tunc ponit reſponſionem dí. ꝓ íſtís duobus verís ſcz ꝓuidentie ⁊ líbero arbítrío nulla eſt díſcordía: ſed apparentia díſcordie ꝓuenit ex debílitate noſtrí íntellectus. vnde dícit. An: eſt nota ſolutionís: nulla eſt díſcordía verís ſi ſemꝑ certa cohęrent ſibí: ſed mens noſtra obruta. í. oppreſſa membrís cecís. í. cecantibꝰ aíam: íllа nequít ígne. í. ſplendore: oppreſſi lumínis. ſ. ín íntellectus noſcere tenues. í. ſubtíles nexus. í. cōíunctíones rerū' qui vídentur díſcordare.

¶ Ho. ſi cōſíderemꝰ ꝓuidentíā díuínaz per ſe: poſſíbile eſt eam eſſe: ſi conſídere mus líberū arbítríū per ſe etíā poſſíbile eum eſſe: vt ꝓz ex dictís. Sed ſi cōſídere mus vtrūq̄ ſímul: tunc vídent̄ íncōpoſſibília: ſícut ꝓz ex rōnibus ſuperíoríbꝰ ſm veritatē aūt ſe bene cōpatiunt̄ ⁊ ſunt cōpoſſibília: ſed nobís non apparet: q̄ íntellectus noſter oppreſſus mole corpóris nō pōt ſe eleuare ín hmōí cognítíōez nā ſm ſapientem corpus qđ corrūpitur aggrauat aíam. ⁊ terrena habítatío oppríḿit ſenſum multa cogítantē. ¶ Sed cur tanto flagrat amore. Híc pbía obíjcít cōtra ſolutionem. Si em̄ aía ígnoret íſtas ſubtíles cōíūctiōes. vnde eſt ꝓ deſíderat eas ſcíre? cuz níhíl ígnotū poſſit deſíderarí. vñ dícit. Sz cur aía flagrat. í. ardet tanto amore. í. deſíderío reperíre notas tectas. í. notificationes latētes verí. í. veritatís? Scít ne mens íllud quod ípſa anxía. í. ſollícíta appetít noſſe? q. d. nō. q: nemo appetit ſcíre íllud quod ſcit. hoc eſt qđ dícit. Quís laborat ſcíre nota? q. d. nullus. Oportet ígítur dícere ꝓ neſcíat: ⁊ tunc ſequítur alíud ínconueníens ſcilz ꝓ anima deſíderet íllud quod neſcít. vnde dícit. Sí neſcít íllud quod petit. í. deſíderat: mens ceca í. ígnorans. Quís enim neſcíus optet. í. deſíderet quícq̄? An quís poteſt ſequí neſcíta: aut quís neſcíus poteſt noſcere quo ínueníat ſupple íllud quod querít? ⁊ quís ígnotus. í. neſcíꝰ queat. ídeſt poteſt noſcere formam repertam? quaſi dícat nullus. ¶ Nota ꝓ dictum eſt ín reſponſione ꝓ anima ígnorat compoſſibílitatem prouidentie ⁊ líberí arbítríj: ſed deſíderat eam ſcíre. Contra hoc arguit ſic. Nullus appetit ſcíre quod ſcít. Sí anima deſíderat ſcíre alíquíd. vel ígnorat íllud vel ſcít. ſi ſcít: ergo non deſíderat ípſum ſcíre qđ ſcít: quía nullus appetit ſcíre qđ ſcít: cum omnís appetítus ſit ratione carentie. Sí autem ígnorat qđ deſíderat quomodo ígnotū deſíderatur? cum voluntas nō querít íncognítum: ídeo ſi ígnorat: nunq̄ cognoſcet. ¶ Quís enim ígnotū ínueníet. Sí enim paterfamílías quereret ſeruum fugítíuum quem ígnorarет: poſſet ſibí multotíēs occurrere: ꝓ ípſum non ínueníret: ſícut dícit Línconíenſis ſuper prímo poſteríorum. ¶ An cum mentem cerneret altam. Híc ſoluit obiectionem. ¶ Vbi notandum eſt ꝓ Plato poſuit anímas eſſe ín celo creatas et habere cognítionem omnium perfectam: ſed per lapſum ad corpora eam obliuíſcí cognítionem rerum ín particulárí: ſet retínere eam ín vníuerſalí ⁊ poſtea per exercítium recuperare cognítionem rerū ín particulárí. vnde dícit ſic. An eſt nota ſolutionís: cum anima cerneret: ídeſt ſpecularetur altam mentem: ídeſt profundam mentem dei: ípſa pariter ⁊ ſimul norat: ídeſt nouerat ſummam: ídeſt vníuerſalem cognítionem ⁊

¶ Metrum tertium libri quarti.

QVænam díſcors fœdera rerum
Cauſa reſoluit? quis tanta deus
Veris ſtatuit bella duobus:
Vt quæ carptim ſíngula conſtant:
Eadem noluit mixta iugarí?
An nulla eſt díſcordia ueris:
Semperq̄ ſíbi certa cohærent?
Sed mens cæcis obruta membris
Nequit oppreſſi luminis ígne
Rerum tenues noſcere nexus.
¶ Sed cur tanto flagrat amore
Veri tectas reperire notas?
Scit ne quod appetit anxia noſſe?
Sed quis notare ſcire laborat:
Et ſi neſcit quid cæca petit?
¶ Quis enim quicq̄ neſcius optet?
Aut quis ualeat neſcita ſequi?
Quoue iuueniat quis repertam
Queat ignotus noſcere formam?
¶ An cum mentem cerneret altam:
Pariter ſummā ſíngula norat?
Nunc membrorum condita nube.
Non totum eſt oblita ſui:

fingula.í.fingularē cognitionē rerū:ſz nūc ípſa ꝺdita.í.tecta nube mēbrorū nō eſt oblita ſuí ín totū.í.to taliter:ſz ipſa tenet ſūmā.í.cognitionē vłez rerū ꝓdēs fingła.í.fingularē cognitionē.ágit ꝗſqs reqrit.í.in ueſtigat cognoſcere vera:talis ē neutro habitu ſup.vt ꝓfecte cognoſcat:vel ꝙ oīno ignorat. Vñ dí. Nā neq; nouit.ſ.in ſpāli ⁊ ꝓfecte:illud qꝺ reqrit:nec penit⁹ neſcít oía:ſz ipe meminit.í.in memoría hz ſūmā ſ.vłem cognitionē:quā retinēs cōſulit ſupple actuali cōſideratiōe retractās.í. reuocās ꝓ ſtudiū arte.í. ſubtíliter viſa.í.pri⁹ in ſpeciali cognita vt ípſe queat addere oblitas ꝓtes partib⁹ ſeruatis ſup.ín mēoría. ¶ Ño.ꝙ ſm iſtā viā platonis abſolueret rō prius tacta. Vel aía ſcit qꝺ deſiderat vel neſcit. Dico ꝙ neſcít in ſpeciálí et in ꝓpria forma: ſed ſcít ī vníuerſalí.⁊ cū dícit nullus deſide rat ignotū. Verū eſt ſicut ignotū in vní uerſalí: tn deſiderat ipſum vt eſt ignotū ín ſpeciali. Et cū ꝺr ſi ignoret nūq; ínue niet. Verū eſt ſi ignorat tā ín gn̄ali ꝙ ín ſpeciali.⁊ ſi ignorat ín potētia ⁊ ín actu: tn ſcít ín potētia ⁊ vníuerſalí:⁊ ſi ignorat ín potētia ⁊ ín actu:tn ſcít in potētia ⁊ ín vníuerſalí ⁊ ſi ignorat actu ín ꝓpria forma pōt ipſum ínuenire ⁊ addiſcere. ¶ Aſcenſius.

Summāq; tenet ſingula perdens,
Igitur quiſquis uera requirit,
Neutro eſt habitu:nam neq; nouit,
Nec penitus tamen omnia neſcit,
Sed quam retinens meminit ſummam,
Conſulit:alte uiſa retractans,
Vt ſeruatis queat oblitas
Addere partes.

Uenā diſcors ⁊c. Carminis hui⁹ legē prius habuim⁹. Loqtur adhuc Bo. Admīrās apparē tem repugnātiā inter duo vera:cū dici ſoleat ꝙ oē verū alteri vero ꝓſonet.verū aūt eſt deū in fallibiliter oía ꝓſcire verūetiā ē arbitrū nr̄m ee liberū.qꝺ diuine ꝓuidētie:ſicut ꝓtactū eſt:re pugnare vr̄ ⁊ ex̄cio. Nihil aūt obſcuritatis hic ē niſi ī carmine. Nā ī fine. Cōſulit alte vel alta legí pōt. nō aut ꝓſuluit. Sequēs aūt carmē duos pedes vltra mēſurā iuſtā habere repperi. Sic em̄ ſcrí ptū erat. vt ſuatis q̄at oblitas addere ꝓtes. ſz opinor illꝺ adonīū ꝓ ſe in p̄ncipio ponēdū ee ⁊ ſic poſui.

¶ Proſa quarta libri quinti.

Vm illa uet⁹ inqt hæc eſt de ꝓuidētia q̄re la a Marco ꝙ Tullio cū diuiationē diſtri buit uehemēter agitata:tibiq; ipſi res diu prorſus multū q̄ſita:ſed haud quaq̄ ab ullo ueſtrū hactenus ſatis diligenter ac firmiter expedita:cui⁹ caliginis cā eſt:ꝙ hūanæ rōcinationis motus ad di uinæ p̄ſciētiæ ſimplicitatē nō pōt admoueri:quæ ſi ullo mō cogitari q̄at: nihil prorſus reliquet ábi gui/qꝺ ita demū patefacere atq; expedire tētabo ſi pri⁹ ea qb⁹ moueris expādero. ¶ Quæro em̄ cur illā ſoluētiū rōnē min⁹ efficacē putes/q̄ quia p̄ſcientia nō eē futuris cām neceſſitatis exiſtimat/ nō ipediri præſcientia arbitrii libertatem putat:nō enim tu

Um illa ver⁹ inqt. Hec eſt quar ta ꝓſa hui⁹ quinti in qua pbia incipit diſſoluere q̄ſtionē de cō poſſibilitate ꝓuidētie ⁊ liberi ar bitrij. Et primo tāgit difficultatē hui⁹ q̄ ſtionis:⁊ cauſaz difficultatis.⁊ tāgit mo dum ꝓcedēdi circa ei⁹ ſolutionē. Scꝺo diſſoluit eā ibi. Quero em̄. Primo dicit hec q̄rela.í.q̄ſtio hec de ꝓuidētia eſt ver⁹ ⁊ eſt vehemēter agitata.í. pertractata a Marco Tullio cuz diſtribuit.í. diuidit diuinationē in lib.diuinationū vbi diui dit diuinationez ī ſuas ſpēs:nō ſolū hoc ſed ſibiipſi eſt res multū diu q̄ſita. Sed haud q̄q̄. í. nō alicubi ab vllo veſtrū ſa tis diligēter ⁊ firmiter expedita:cui⁹ cali ginis.í.difficultatis cauſa eſt ꝙ motus ideſt actus humane ratiocinationis nō pōt admoueri.í.applicari: ad ſimplici tatem diuine p̄ſcientie:ideſt ꝓuidentie que ſi vllo modo queat excogitari: ní hil relinquetur prorſus ambigui qꝺ.ſ. rōnem ⁊ cauſam difficultatis habet:ita

demū patefacere ⁊ expedire tentabo ſi prius expandero.í.declarauero ea q̄bus tu moueris. ¶ No. ꝙ queſtio de ꝓuidentia diuina ⁊ libero arbitrio eſt oīm queſtionū difficillima:de qua multi antiquo rū dubitabant ⁊ nōnulli moderno⁊ ꝓpter difficultatem lapſi ſunt.quā Tul.in lib.diuina. ptractat. ⁊ nō valens diſſoluere eius difficultatē negat penitus ꝓuidentiā ⁊ p̄ſcientiā futuro⁊ a deo in p̄dicto lib.diuinationū. ¶ Quero em̄. Hic pbia accedit ad ſolutionē q̄ſtionis. Et p̄mo diſcutit motiua Boe. Scꝺo ſoluit dubitationē ſiue q̄nē ibi. Qm̄ igitur. Circa primū ſciendū ꝙ duo fuerūt motiua Boe. principalia circa hanc q̄nē. Primū.q; videt neceſſariū ſi deus preuidet futura ꝙ neceſſario eueniāt Secūdum motiuū ꝙ futura quo⁊ euentus eſt incertus:ſicut ſunt futura contingentia nō poſſunt a deo certa ꝓuideri. Primo ergo pertractat primū motiuū. Scꝺo ſcꝺm:ibi. Sed ꝺ inquis. Primo oſtē dit ꝙ ſi deus p̄uidet futura nō ꝓpter hoc neceſſario eueniūt. Scꝺo mouet dubitationē:ibi. Sed qui fieri pōt. Primo oſtēdit ꝙ ex p̄ſcientia dei nō inferꝛ neceſſitas libero arbitrio. Scꝺo oſtēdit ꝙ p̄ſcien tia dei nō ſit ſignū neceſſitatis futuro⁊:ibi. Sed p̄ſcientia. Circa primū ſciendm ꝙ prius improbauit quādam reſponſionem qua quidem nitebāt impedire rationē oſtendentē non eſſe liberū arbitriū

ꝑpter ꝓſciam diuinā quā rñſionē hic reſumit oñdēs eā aliquo mō eſſe bonā: qꝛ ſufficiēter impedit intē
tionē aduerſarij. Nā aduerſarius ex nullo alio ꝓbat neceſſitatē futuroꝝ niſi qꝛ ſūt ꝓſcita a deo. Cū igit ex
rñſione habeat ꝙ ꝓſcia nullā cauſalitatē hꝫ ſuꝑ futura: videt ſufficiēter oſtēſuꝫ eſſe ꝙ ea q̄ ꝓcedūt ex
libero arbitrio nō ſunt neceſſaria. Primo g̃ ponit iſtā rñſionē reſumēdo eius ſolutionē di. Quero ei cur
illā rñſionē ſoluētiū putes min⁹ eā efficacē q̄ putat libertatē arbitrij nō impediri a ꝓſcia qꝛ eſtimat ꝓſciaꝫ
nō eſſe cām neceſſitatis futuroꝝ. Vt aūt
ꝑ iſtā rñſionē impediat illatio neceſſitatiſ
futuroꝝ pꝫ ex hoc: qua nō trahis aliūde
argumētū neceſſitatis futuroꝝ niſi ꝙ ea
que ꝓſciunt nō ꝓnt nō euenire. Si igit
ꝓnotio. i. ꝓſcia futuroꝝ nullā adijcit. i. im
ponit neceſſitatē reb⁹ futuris: vt dicit re
ſpōſio: vt tu et fatebare pauloante: q̄d ē
id qđ eſſe poterit ꝙ volūtarij exit⁹ cogā
tur ad certū euentū rerū. Et ita ꝑ iſtā rñ
ſionē excludit neceſſitas futuroꝝ ⁊ ma
nifeſtat ſe i exēplo di. vt aduertas q̄d cō
ſequat gña poſitiōis. i. exēpli ſtatuam⁹. i.
ponam⁹ ꝑ impoſſibile nullā eſſe ꝓſciam
futuroꝝ: igr̄ hoc poſito q̄tum ad hoc. i.
quātum ad iſtā illationē: qua ex ꝓſci
entia ꝓcludit neceſſitas futuroꝝ: ea q̄
eueniūt ex arbitrio coguntur ne ad ne
ceſſitatē? dicit Boe. Minime. ⁊ philo
ſopha. Statuamus iterū eſſe prouiden
tiā: ſed nihil neceſſitatis iniūgere reb⁹
futuris: manebit vt opinor eadez liber
tas volūtatis integra ⁊ abſoluta ab oī
neceſſitate. ¶ No. ꝙ prior ſolutio ꝓ
bata fuit bona ⁊ mala. in hoc fuit bona
qꝛ poſuit ꝓſcientiā non eſſe cauſam ne
ceſſitatis futuroꝝ. Di. em̄. Ideo futura
eueniūt non qꝛ deus ea ꝓuidet: ſed in b
fuit mala: qꝛ poſuit futura eē cām ꝓſcie
tie dei. dixit em̄ qꝛ futura ſunt: ideo de⁹
ea ꝓuidet. Patet g̃ ex reſponſione anti
quoꝝ ꝙ ꝓſcientia non eſt cā neceſſitatis re
bus futuris. ¶ Sed ꝓſcientia inquies.
Hic oſtendit pbia ꝙ preſcientia diuina
nō fit ſignū neceſſitatis rebus futuris.
Scđo oſtendit ꝙ modus ꝓbandi ex ſi
gno nō eſt efficax. ibi. Jam vero. Primo dicit. Tu inquies. i. dicere poteris: tametſi pro q̄uis ꝓſcientia
Signuz nō fit neceſſaria eueniendi rebus futuris: tm̄ eſt ſignū ea neceſſario eſſe ventura: ⁊ ita preſcientia pōt in
ferri neceſſitas futuroꝝ tanq̄ ex ſigno. Hoc igitur modo ponēdo preſcientiā eſſe ſignū neceſſitatis fu
turoꝝ cōſtaret exitus. i. euentus futuroꝝ eſſe neceſſarios etiā ſi nō fuiſſet precognitio. qđ probat ex na
tura ſigni dicens. Omne nāq̄ ſignū tantū oſtendit quid ſit. i. manifeſtat: illud cuius eſt ſignū: ſed nō
efficit qđ ſignat: quare vt prenotionem. i. prouidentiā appareat eſſe ſignum neceſſitatis futuroꝝ de
monſtrandū erat prius nihil contingere non ex neceſſitate. i. omnia euenire neceſſario: alioquin ſi hec
neceſſitas futuroꝝ nulla eſt: nec illa preſcientia poterit eſſe ſignū eius rei que nō eſt: ⁊ ita non valet ar
guere neceſſitatem futuroꝝ ex preſcientia tanq̄ ex ſigno. ¶ Nota ꝙ ſignū non eſt cauſa eius cuius eſt
ſignū: ſed tantū manifeſtat ſignatū eſſe: vt circulus nō eſt cauſa venditionis vini: ſed tm̄ eſt ſignū ven
ditionis. Si ergo preſcientia eſſet ſignuz neceſſitatis futuroꝝ: preſupponeret futura eſſe neceſſaria. et
ſic ad oſtendendū preſcientiaz eſſe ſignum neceſſitatis futuroꝝ: preſupponeret futura eſſe neceſſaria.
et ſic ad oſtendendū preſcientiā eſſe ſignū neceſſitatis futuroꝝ oporteret prius oſtendere futura neceſ
ſario eſſe futura: tanq̄ preſcientia eſſet ſignum neceſſitatis futuroꝝ. alias ꝓſcientia eſſet ſignū alicuꝰ
rei que non eſt. quod eſt abſurdum. ¶ Jam vero. Hic oſtendit modum probandi ex ſigno nō eſſe effi
cem: ⁊ dicit. Conſtat. ideſt manifeſtum eſt rationem ſubnixam. i. firmam probatione. i. demonſtratione
eam non eſſe ducendam ex ſignis: neq̄ ex argumentis extrinſecis petitis ideſt acceptis: ſed firmam ra
tionem eſſe ducendam ex conuenientibus: ideſt propꝛijs ⁊ neceſſarijs cauſis. Cum ergo predicta ratio
proceſſerit ex ſigno: non eſt efficax ⁊ demonſtratiua: cum ſit a poſteriori. Demonſtratio autem que eſt
potiſſima ꝓbationū ipſa eſt a priori: cum ſit ex cauſis per ſe immediatis prioribus ⁊ notioribus: ⁊ pro
tanto etiam demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: efficax ad probandum. ex primo Poſteriorū.

aliunde argumentū futuroꝝ neceſſitatis trahis:
niſi ꝙ ea q̄ præſciunt nō eueuire nō ꝓnt: ſi igitur
prænotio nullā futuris rebus adiicit neceſſitatē:
qđ tu etiā pauloante fatebare: qd eſt qđ uolūtarii
exitus rerū ad certū cogant euentū? Etem̄ poſitiōis
gratia: ut qd cōſequat aduertas: ſtatuamus nullā
eſſe præſcientiā. Nū igit quantū ad hoc attinet q̄
ex arbitrio euen iūt ad neceſſitatem cogunt? Boe.
Minime. P. Statuam⁹ iterū eſſe: ſed nihil reb⁹ neceſ
ſitatis iniūgere. manebit (ut opinor) eadē uolun
tatis integra atq̄ abſoluta libertas. ¶ Sed ꝓſcien
tia inquies tametſi futuris eueniēdi neceſſitas nō
eſt ſignū tamen eſt neceſſario ea eſſe uentura hoc
igitur mō etiam ſi præcognitio nō fuiſſet neceſſa
rios futurorum exitus eſſe cōſtaret. Omne etem̄ ſi
gnū quid ſit oſtendit nō uero efficit qđ deſignat
quare demonſtrandum prius eſt non nihil ex ne
ceſſitate contingere ut prænotionē ſignū eſſe ne
ceſſitatis appareat. alioqn ſi hæc nulla eſt nec illa
quidē eius rei ſignū poterit eē: quæ nō eſt. ¶ Iam
uero probatiōe firma rōnem ſubnixam cōſtat nō
ex ſignis neq̄ petitis extrinſecus argumētis ſed ex
conuenientibus neceſſariiſq̄ cauſis eſſe ducendā.

Sed qui fieri põt. Hic pbia mouet quãdã dubitationẽ ⁊ soluit eã. videt em̃ seq̃ qꝑ aliqua pñt pscíri q̃ em̃ nõ necessario eueníũt. si aũt necessario eueníũt: possunt nõ euenire: ⁊ sic sequít qꝑ aliq̃d pscítum a deo nõ eueníat. Primo q̃ pbia dubitádo de b̃ q̃rit dicẽs. Ex quo ita est qꝑ ea q̃ sunt pscita non sunt necessaria: sed pñt nõ euenire q̃. í. quõ fieri põt vt ea q̃ puidẽtur futura esse nõ pueníát? Tũc soluit dubitationẽ dí. qꝑ nõ negat qꝑ pscíta nõ eueníát: ímo opz dicere qꝑ pscíta eueníát. sz tm̃ nõ eueníãt de necessitate: vñ dí. q̃si vo. q. d. Jsta dubitatío ꝓcedit q̃si nõ credam⁹ ea q̃ puidentia ꝓnoscít: nõ eẽ euẽtura: sz b̃ nõ est verũ. ac q̃si non potíus arbitremur illud. s. qꝑ licet futura eueníát: níhíl tm̃ necessitatís habuísse ín suí natura vt euenírent. íd manífestat ín exẽplo. quõ aliq̃d certe cõp: eh̨endít q̃ tm̃ nõ est necessariũ dícẽs: qꝑ aliq̃d cognitũ eueníat: ⁊ tm̃ nõ necessário: licebit qꝑ tu b̃ ꝓpendas h̨inc. í. ex talí exẽplo. ituemur em̃ pᷣa subiecta ocul'dũ fiũt. í. dũ sũt ĩ fierí: sic ea q̃ vídẽtur auríge facere ín moderádis ⁊ flectẽdís q̃drígís ⁊c. Vídem⁹ ad h̨ũc modu⁊ vt q̃ fiũt ín alĩs actib⁹ volũtarĩjs: nun q̃d vlla necessitas cõpellít aliq̃ ílló: ũ íta fierí sicut oculís videt? ⁊ dí. Boe. Mínime. ⁊ assignat rõnem: frustra em̃ eẽt effect⁹ artís sí oía mouerent coacta ⁊ frustra eẽt ars flectẽdí q̃drígas sí necessário flecterent: ígít illa q̃ cũ fiũt carent necessitate exístẽdí: eadẽ sunt futura sine necessitate p̃usq̃ fiát. Ex q̃ cõcludít qꝑ q̃dã sunt euẽtura q̃ꝑ exít⁹. í. euentus est absolut⁹ ab oĩ necessítate: ⁊ forsan aliq̃s díceret. ná ea q̃ nũc fiũt non erát futura p̃usq̃ eẽnt. b̃ excludít dí. nullũ arbítror eẽ dícturũ qꝑ q̃ nũc fiũt euẽtura nõ fuerũt. b̃ em̃ eẽt nímís rõnabíle. íõ necessário ꝓcludít qꝑ h̨ec etiá p̃cognita h̨ñt euentus líberos: q⁊ sicut scía p̃sentiũ' nih̨il ímpo⁊tat necessitatís h̨is reb⁹ q̃ fiũt ín p̃ñtí: sicut pt⁊ ín exemplo p̃dícto de regímíne q̃drígarũ: ita p̃scía futuro⁊ũ nih̨il ĩpo⁊tat necessitatís h̨is q̃ vẽtura sũt. Nota qꝑ l⁊ futurũ ín cõparatíõe ad díuínã ꝓuidẽtíã sint necría necessitate ꝓditionata nõ tm̃ oía sũt necessaría necessitate absoluta. Multa em̃ líbere euenũt. sicut ea q̃ fiũt ab arte et volũtate ad regímẽ q̃drígaru⁊. sí em̃ regímen quadrígarũ necessário eueníret: frustra esset ars regẽndí quadrígas. Notandũ qꝑ sicut res actu fiũt ita erát future: sed q̃dã actu líbere fiunt: q̃ erát líbere future. ⁊ ꝓ p̃ñs nõ oía sunt necessário futura: l⁊ necessitate cõditionata ínquãtũ cõparant ad ꝓuidẽtíã díuínã. nõ tm̃ in suí natura cõsiderata necessário eueníũr necessitate absoluta: sicut postea videbít vbí dístínguet duplicẽ necessitatẽ cõdítionatã ⁊ absolutã. Sed de b̃ ínquís. Hic pbia díscutít motíuũ Boe. vtrũ futura íncerta sicut sunt ꝓtíngentía possint certe p̃scírí. Et p̃mo mouet dubitationẽ de h̨oc. ⁊ tangít rationem dubitationís. Scõo assignat cãm erro⁊ís: ibí. Cuíus erro⁊ís causa est. dícit p̃mo. Sed h̨oc ínquís o Boe. ĩpm dubitat an possít esse vlla p⁊enotio. í. p̃scientia íllarũ rerũ que nõ h̨abent necessários exítus. í. euentus h̨oc em̃ nullo modo videt possíbile. Cum em̃ vídent dissonare p̃scientia ⁊ contíngentía. tu em̃ putas sí p̃uídeant cõtíngentía necessário ípsa cõsequí ⁊ sí necessítas desít mínime ípsa p̃scírí ⁊ putas níl posse cõp⁊ehendí p̃scientia díuína: nísí certũ: ⁊ sí ea q̃ sunt íncertí exítus. í. euẽtus sicut ꝓtíngentía: sí p̃uídentur íllа quasí certa: tu putas íllud esse caligínẽ opinionís nõ veritatẽ scíẽtíe: ⁊ ín h̨oc tu deciperís. cuí⁹ deceptionís cã est erro⁊ tu⁹ circa ĩudicíũ cognitiõís. Ere dís em̃ díuersum esse ab íntegrítate scíẽtíe alíter arbitrarí rẽ qꝑ se h̨abeat: ⁊ ín b̃ erras. Nota qꝑ q⁊ nos nõ possum⁹ futura ꝓtíngentía certe p̃noscere: putamus símíl'r deũ h̨oc non posse. res em̃ eodem mõ se h̨ñs díuersímode a díuersís põt cognoscí. Vñ cognoscere rem alíter qꝑ se h̨abeat ex pte cognoscentís bñ est scientía; ⁊ sic futura ꝓtíngentía l⁊ sint íncerta: p̃ñt tm̃ p⁊escírí a deo sine erro⁊e falsitatís.

¶ Sed qui fieri pót ut ea nó pueniant q̃ futura eẽ puidẽtur? Quasi uero non ea q̃ ꝓuidentia futura esse prænoscit nó euentura credamus ac nõ illud potius arbitremur licet eueniant nihil tñ ut euenirẽt sui natura necessitatis habuisse. Quod hinc facile perpendas licebit. Plura em̃ dum fiũt subiecta oculis intuemur ut ea q̃ in quadrigis moderandis atq; flectẽdis facere spectantur aurigæ atq; ad hũc modũ cætera. Nũ igit quicq̃ illoꝝ ita fieri necessitas ulla cõpellit? Boe. Minime. Frustra em̃ eẽt artis effectus si oía coacta mouerent. Phi. Quæ igitur cũ fiunt carẽt existẽdi necessitate eadẽ priusq̃ fiant sine necessitate futura sunt. Quare sunt q̃dã euẽtura quoꝝ exitus ab oi necessitate sit absolut⁹. Nã illud quidẽ nullũ arbitror esse dicturũ qꝑ quæ nunc fiunt priusq̃ fierent euentura non fuerint. Hæc etiã igit ꝓcognita liberos habẽt euẽtus. Nam sicut scia p̃sentium reruꝫ nihil his q̃ fiunt ita præscietia futuroꝝ nihil his q̃ uẽtura sunt necessitatis iportat. ¶ Sed hoc inqes ipm dubitat an earum rerum q̃ necessarios exitus non hñt ulla possit esse p̃notio. Dissonare etem̃ uident putasq; si p̃uidean tur cõsequi necessitatẽ si necessitas desit minime p̃sciri nihilq; scietia cõprehendi posse nisi certum. Quod si q̃ incerti sunt exitus ea quasi certa puidẽtur opinionis cõstat id eẽ caliginẽ nõ sciæ ueritatẽ Aliter em̃ q̃ sese res habeat arbitrari ab integritate

¶ Cuius erroris cā est. Hic assignat cām erroris. Vbi nota q̄ cā erroris q̄re putam⁹ futura incerta nō posse certe p̄sciri est: q; putat q̄ facultas cognitionis sit ꝑm facultatē rei cognite: ⁊ nō ipsius cognoscētis: qđ est falsum. Primo g̃ p̄mittit hmōi cām erroris. Scđo ꝓbat ipsam: ibi. Nam vt b̄ breui. Dicit primo. Cuius erroris cā est: q; estimat q̄ oīa ⁊ nō ex vi cognoscētis. qđ totū est ꝓtra. i. ꝑ ꝓtrariū: q; res magis cognoscunt ꝑm naturā cognoscētis.

Oē em̄ qđ cognoscit nō cōprehēditur ꝑm modū sue nature: sz ꝑm⁹ ꝑm facultatē cognoscētis. ¶ Nota q̄ si cognitio eēt ꝑm facultatez rei cognite tūc res ab oīb⁹ eodē mō cognosceret ⁊ sic cōprehenderet aliud eodē mō ab intellectu hūano ⁊ diuīo: qđ falsuz ē: q; q̄ sunt incerta cōprehensiōe hūana: sunt certa cōprehensiōe diuina. cognitio g̃ potiꝰ attēdit ꝑm facultatē potētie cognoscentis. ita q̄ quāto potentia est efficacior ⁊ certior: tāto certiꝰ ⁊ lympidius rē cōprehēdit. ¶ Nam vt b̄ breui exēplo liq̄at. Hic ꝓbat q̄ facultas cognitionis est ꝑm facultatē potētie cognoscētis: ⁊ nō rei cognite. Primo declarat b̄ exēplis. Secūdo ꝓbat b̄ idē ꝓ rōnē ibi. Ipm q̄. Prio dicit q̄ cognitio fit ꝑm facultatē cognoscētis liquet breui exēplo. Nā visus aliter agnoscit eādē corpis rotūditatem ⁊ aliter tactꝰ. Ille em̄. s. visus manēs eminus. i. a lōginquo intuit totū corpus simul iactis radijs visualibus: b̄ vo scz tactus cohērēs ⁊ cōiunctus orbi. i. rotūditati ⁊ motus circa ipm ambitum. i. circa corpus rotūdū cōprehēdit scilz eius rotūditatem partibus. i. ꝑ partes. ¶ Nota q̄ innuit duplicē differētiā iter modū cognoscēdi visus ⁊ tactꝰ. ¶ Prima est q̄ visus a remotis existēs cognoscit aliq̄d corpus rotūdū. Tactus aūt non cognoscit ipm nisi cōiunctꝰ. Scđa differētia est q̄ visus totū corpꝰ simul cōprehēdit: tactꝰ aūt ꝑ partes: talis aūt diuersitas in cognoscēdo nō eēt si res cognosceret ex sui natura. cū eadez res maneat in vtraq̄ cognitiōe. ¶ Notādū q̄ q̄dā dixerūt visionē fieri ꝑ emissionez radioz visualiū ab oculis vsq̄ ad rē visam. sed hec opinio est ꝓtra Aristotelē. visio em̄ non fit extra mittendo sed intus suscipiēdo. patiēte em̄ aliquo sensitiuo fit ipm videre scđo de aia. hic autē loquit ꝑm opinionē antiquoꝝ cū dicit q̄ visus totū corpꝰ intuit iactis radijs. ¶ Ipm quoq̄ hoīem. Hic ponit scđm exēplū in virtutibꝰ cognoscitiuis subordinatis. Scđo ostēdit quō iste virtutes se habeant ad inuicē: ibi. In quo illud. Primo g̃ declarat quō idem a diuersis potētijs diuersimode comprehēdit. s. sensus exterior aliter ꝓtuit ipm hoīez: aliter imaginatio: aliter rō: aliter intelligētia diuina. Sensus em̄ exterior sicut visus iudicat figurā hois in subiecta materia. i. in sensibili materia. sed imaginatio solū figurā discernit sine materia. i. in absentia rei materialis. Ratio vero hāc imaginationē trāscendit: et ipsam speciem. i. naturā specificam hois: q̄ singularibus inest ꝑpendit. i. discernit vniuersali cōsideratione: oculus vo. i. cōsideratio intelligentie est celsior: q; intelligētia diuina supgressa ambitū vniuersitatis q̄ existit in singularibꝰ: illā simplicē formā. s. ideam hois q̄ est in mente diuina contuitur pura acie. i speculatiōe pure mētis. ¶ Nota. q̄ ꝑmū exemplū fuit de virtutibꝰ cognoscitiuis nō subordinatis sicut de visu ⁊ tactu. istud aūt exēplū est de virtutibꝰ subordinatis q̄ sunt q̄ttuor. s. sensus exterior: q̄ inest oībꝰ aīalibꝰ: imaginatio q̄ tm̄ inest aīalibꝰ ꝑfectis: rō q̄ tm̄ est in hoībꝰ: ⁊ intelligētia ꝑ quā intelligit diuinā cognitionē: iste virtutes hūnt diuersum modū cognoscēdi eādē rē. s. hoīem vt declarat in lra quod nō eēt nisi cognitio fieret ꝑm facultatē virtutū cognoscētiū ⁊ nō rei cognite. ¶ In q̄ illud maxime cōsiderādū est. Hic ostēdit pōia quō ꝑdicte virtutes cognoscitiue se hūnt adinuicē: ostēdēs q̄ q̄cq̄d pōt virtꝰ inferior pōt etiā ⁊ superior ⁊ amplius: ⁊ ꝑmo hic ostēdit de intelligētia respectu aliarū virtutū. Scđo ostēdit idē rōne. scđa ibi. Rō q̄. Prio dī. In quo. i. in ordine istarū ꝟtutū illud est maxīe cō-

scientiæ credis esse diuersum. ¶ Cuius erroris cā est q̄ oīa q̄ q̄sq̄ nouit ex ipsoꝝ tm̄ nia atq̄ natura cognosci existimat q̄ sciūtur. qđ totū contra est. Oē em̄ qđ cognoscit nō secundū sui uim sed secundū cognoscētiū potius cōprehēdit facultatē. ¶ Nam ut hoc breui liq̄at exēplo, eādē corpis rotūditatem aliter uisus, aliter tactꝰ cognoscit. Ille eminus manēs totū simul iactis radiis ītuit. Hic vo cohærēs orbi atq̄ cōiunctus circa ipm motꝰ ābitū rotūditatē ptibꝰ cōprehēdit. ¶ Ipm quoq̄ hoīem aliter sensus, aliter imaginatio, aliter rō, aliter itelligētia cōtuitur. Sensus em̄ figurā in subiecta materia cōstitutā: Imaginatio uero solā sine materia iudicat figurā. Rō vo hāc quoq̄ trascēdit, spēmq̄ suā q̄ singularibꝰ inest uniuersali cōsideratiōe ꝑpēdit. Intelligētiæ uero celsior oculus existit. supgressa nāq̄ uniuersitatis ambitū ipsam illā in simplicē formam pura mētis acie contuit. ¶ In quo illud maxime cōsiderādū est. Nā supior uis cōprehēdendi amplectitur inferiorē, inferior uero ad superiorē nullo mō consurgit. neq̄ em̄ sensus aliq̄d extra materiā ualet, uel uniuersales spēs imaginatio cōtuitur uel rō capit simplicē formā, sed intelligentia qua, si desup spectans cōcepta forma quæ subsunt cuncta diiudicat, sed eodem modo quo formā ipsam

fideraꝺū ꝙ vis cōprehēꝺēꝺi ſupior aplectit in ſe inferiorē: q; virtus ſupior cognoſcit oē illud qꝺ inferior. Inferior aūt nō ſurgit ad ſupiorē ita vt apprehēꝺat illud qꝺ ſupior: qꝺ manifeſtat i exēplo di. Necꝫ em̄ ſēſus aliq̄d valet appꝫhēꝺere extra materiā: ⁊ imaginatio ꝓtuit ſpēs vſes. i. mīa ꝑticulares: ſz rō capit ſimplicē. i. vſem formā. Intelligētia aūt diuina q̄ſi deſup ſpectās: cū ſit i ſūmo graꝺu cognitiōis ipſa cōceptа forma ideali dijudicat etiā cūcta q̄ ſubſunt illi forme: vt cognoſcēꝺo ideā hoīs cognoſcit oīa q̄ ſunt i hoīe: ſz eoꝺē mō cōprehēꝺit ipam

q̄ nulli alii nota eē poterat cōphēdit. Nā & rōnis uniuerſū: & imaginatiōis figurā & materiale ſēſi bile cognoſcit nec rōne utēs nec imaginatiōe nec ſēſib⁹ ſz illo uno ictu mētis formaliꝫ (ut ita dicā) cūcta ꝑſpiciēs. Rō ꝫ cū qd vle reſpicit nec imaginatiōe: nec ſenſib⁹ utēs imaginabilia uel ſēſibilia cō phēdit. Hæc eſt em̄ q̄ cōceptiōis ſuæ vle ita diffinit Hō eſt aial bipes rōnale q̄ cū uniuerſalis notio ſit: tñ imaginabilē ſēſibilēq; eē nullus ignorat qd illa nō imaginatiōe uel ſenſu ſed rōnali cōceptiōe cō ſiderat. Imaginatiōe quoq; tametſi ex ſēſib⁹ uiſen di formā diq; figuras ſumpſit exordiū ſenſu tñ ab ſente ſenſibilia quæq; colluſtrat: non ſenſibili ſed imaginaria rōe iudicādi. Vides ne igit utā cogno ſcēdo cūcta ſua poti⁹ facultate q̄ eoꝝ q̄ cognoſcunt utant? Neq; id iniuria nā. cū oīne iudiciū iudican tis actu exiſtat: neceſſe ē ſuā quiſq; operā nō ex alie na ſed ex propria uoluntate perficiat.

